 delibet. Prosequere. **Magister.** Pulchri
 tudo prima nobis per fidem relucet in bea
 tissima trinitate. Tradit enim fides quod pater
 in diuinis est mens siue memoria secunda
 oium intelligibiliu. ad quam paternus intel
 lectus uertens aciem. gignit ex se uerbum
 expressiuum oium intelligibiliu. Hoc est illud
 uerbum quod erat in principio apud deum.
 per quod omnia facta sunt. Hoc uerbum
 est naturalis imago patris. eadem essentia
 liter cum patre. sola relatione personalis pro
 naliter ab illo distincta. Et quoniam imi
 tatur perfectissime patrem. superest ut dicatur
 imago pulcherrima uel speciosissima patris
 et ita dilectissima a patre se teste quod ait. Hic
 est filius meus carissimus. in quo mihi be
 ne complacui. Cum uero pater communicate

212



Tractatus Tertius

rit diuinam vitam filio communicauit ne dum cognitionem omnis veri. sed amorem similiter omnis boni. Est autem paterna bonitas supremum et primum amabile. Amanit ergo filius summe patrem. et conuertendo voluntatem in ipsius totus (ut ita loquamur) exarsit et flagrauit in eius dilectionem. Et qua dilectione mutua patris ad filium et filij ad patrem. processit amor psonalis. quem dicim⁹ spiritum sanctum. Considerat hec fides circulum quendam intelligibilem in triangulo personarum. Pater enim dat se filio quem diligit. filius patri impendit se per amorem quo flagrat in patrem. Hic autem amor communis est patri et filio. tanquam nexus amorum. Jure ergo dicitur deus. quasi spera intelligibilis. cuius centrum ubique. circumferentia nusquam. nisi supple in seipso. Non autem potest se deus ad extra communicare. nisi quodam modo punctualiter. Ipse vero totus se in se toto continet. quem tenebre creaturam non comprehendunt. **O**stendit nobis hec fides summam consummatam in tota trinitate/pulcritudinem amabilem. et dilectionem pulcherrimam. quoniam hic est equalitas numerosa. que reddit pulchritudinem. et pulchritudo succendit ad amorem. ut sit pulchritudo dilecta. et dilectio pulcherrima mutuo se respicientes. Unde Dionysius diuinus amor est sicut quidam eternus circulus per optimum ex optimo. et in optimo. et in optimis. inenarrabili conuersione circuliens. Est autem circulus pulcherrima figura.

Discipulus. O miseris precor nunc ampliora hic disserere. de inenarrabili pulchritudine diuinitatis. et ad Marie pulchritudinem te conuerte. dicens in primis. Cur non dicit deum salutare suum/respexisse pulchritudinem ancille sue sed humilitatem. **M**agister. Duas habitudines esse ponit philosophus in intelligentijs quas angelos dicimus. **U**nam qua conuertitur ad deum ad contemplandum magnitudinem eius cum admiratione. pulchritudinem cum dilectione. et omnimoda subiectionis obedientia/motu quodam assiduo quasi circulari circa diuinam unitatem. Ita loquitur apud Boetium philosophia. mentesque profundas scilicet diuinitate circunt. Et iterum. Da fontem lustrare boni. Altera dicit philosophus habitudinem intelligentie/respectu inferiorum que regit mediante motu suo orbis. p

ut philosophia subiugit. Simile conuertit imagine celum. **D**eterminat consequenter idem philosophus quod habitudo prima que est subiectionis ad deum. longe perfectior est et pulchrior quam habitudo regine diuinitatis respectu inferiorum. quoniam in prima consistit intelligentiarum felicitas et beatitudo non in secunda. quod si angelus magnificans deum et exultans in deo/gratias ageret uerb humanis. quid obsecro mallet dicere. uel quod deus respectu humilitate serui sui subiectus eum sibi. uel quod respexit dominationem atque potentiam. scilicet in regimine creature. **D**iscipulus. Res apta est super electione primi. **U**nde palam intelligo beatam Mariam nedum pia deuotione sed altissima metaphisicali quoque ratione/sua pulchritudinis beatissime perfectionis persequi inuasse per humilitatem subiectionis/qua respexit in ea dominus. quam si dominationis nomen aliquod posuisset. **M**agister. Accipe rationem alteram. non minus in theologia fundatam. Quid enim perdidit apostatas angelos. quid postmodum deiecit homines institutos ad reparationem angelice ruine. **U**triusque superbia. plus gloriatus in fantastica diuinatione quam in humili ad deum subiectione. **L**audanda hanc perditionis turpitudinem insinuat Maria. et exemplo uocis sue qua suam humilitatem gloriatur respexisse deum et formidanda profectione. **F**ecit inquit dominus potentis in brachio suo. **D**ispersit superbos mente cordis sui. **Q**uare excelsus dominus et humilia respicit et alta a longe cognoscit. **Q**uare a longe. Quia longoproiecit et deiecit. et proiecit et deponit potestates de sede et exaltauit humiles. **J**am Maria gerebat alta mente repositum uerbum filij. **Q**ui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. **I**llud quoque discipuli sui. **D**eus superbis resistit. humili uero dat gratiam. **U**erificauit idcirco deus in ea uerbum sapientis. **U**bi humilitas. ibi sapientia. **D**eus collocauit per incarnationis misterium sapientiam in humilitate sua. **D**iscipulus. **D**ecurrit post solutionem questionis propositae. perendum quid sit respectus dei. quales eius oculi quibus humilitatem ancille sue respexit. **S**ed omnia multiplicatae questionum. conuertat primum sermo tuus. ad describendum pulchritudines beate Marie. que tam grata. tam incredibili formositate refulgens inuenta est. ut concupisceret rex speciem eius. et de sublimi folio deitatis descenderet ad infima nostre

mortalitatis. accipies serui formam. Quā
ta qualisq; putanda est pulcritudo totius/
qñ in vno oculo: suoz dicit se speciosus
forma pre filiis hominū/ corde vulneratū
Vulnerasti ait cor meū in vno oculo: tuo
rū: qd minus videt in vno crine colli tui
Deniq; primū nomē quo Maria legit in
canticis noīata p spōsum fuit. **P**ulcerrī-
ma mulier. Vere pulcerrima / q̄ pro sup-
ba musica vasti. eua. supno regi non assue-
ro sed deo/ meruit copulari: gratiā inueni-
ens in oculis ei. quā adamavit super om-
nes mulieres. Erat enim formosa valde et
incredibili pulcritudine omnīūq; oculis
gratiōsa et amabilis videbat. **M**agister
Conabimur inaniter/ si verbis equare vo-
lumus pulcritudinē eius. quā sub deo ma-
ior nequit intelligi. colligens in se omnes
pulcritudines sparsas in creaturis: Ita vt
sit vere vna speciosa vni sponi. vna perfe-
cta sua. vna matri sue electa genitrici sue. q̄
genitrix est gratuita dei bonitas. que pul-
cerrima pulcerrimam sibi fecit. Dicere ni-
hilomin⁹ aliqua temptabim⁹ ordine pmi-
tus doctrinali. **P**ulcritudo que est eq̄li-
tas nūerosa diuidit. p̄ma sui diuisione. q̄
quedā est naturalis et quedā artificialis.
Naturalis multiplex est. q̄dam intellectua-
lis. Altera rōnalis. dehinc aīalis. Rursum
aliqua est solū vitalis. altera solū subalis.
altera accidētalis. Artificialis vō quedam
est p se. quedā p accidēs: p rōnis industria
supinducta/ pulcritudine naturali. **P**ul-
critudo autē naturalis describi p̄ q̄ est eq̄li-
tas numerosa/ surgēs et resultans ex vnita-
te veritate et bonitate. vel ex mētura nume-
ro et pondere. vel ex modo specie et ordine.
Itaq; proprietates entis sunt vnū et ve et bo-
nū. Sic q̄ ens et vnū ens et ve. ens et bo-
nū conuertitur. Nec est possibile q̄ ens ali-
qd sit. quin hec tria sibi inueniāt. q̄ non re-
distinguitur. s; sola significandi rōne. Sic
de modo specie et ordine. Sic de mensu-
ra numero et pondere. **P**ulcritudo igitur
naturalis. nō habet aliqd ens positīue
contrariū. q̄ sit positīua turpitudine natura-
lis. vt ipij manichei somniabāt duo p̄nci-
pia. vnū maloz et hoc turpissimū/ et aliud
bonoz qd necesse est eē pulcerrimū. Nec
opret post Aug. et Dionysii conari dedu-
cere malū. nec eē positū i entib;. sed t̄m mo-
do dici p̄uationē pulcri/ seu boni/ seu mo-
di speciei et ordinis. Pulcēz s̄lt̄ cū ente cō-

uertit. tanq; p̄prietates resultās ex trib; por-
tibus. et hec pulcritudo tanq; et triplici linea/
mēto figurali instar trianguli. q̄ est prima
et p̄fecta forma linearū rectarū. Dec nibilo/
min⁹ pulcritudo naturalis/ in circulū dedu-
cit q̄ est p̄fectissima figurarū non rectilinea
rū s; curuarū. Ita q̄ p̄ter legē geometrica-
lem sit hic circul⁹ triangularis. et triangulus
circularis. **P**ulcritudo naturalis. repibi-
lis est vniuersaliter in creaturis. qz necesse est
qdlibet esse vestigiū sue p̄me cause. qd ge-
rat similitudinē aliquā/ non penit⁹ vniuo-
cā. sed analogā ei tanq; exemplatū sui exē-
plaris. et sigillatū sigilli sui. Sūt autē tria p̄-
me cause p̄p̄ia et appropata. s̄m q̄ repitur
vnūq; ens pducere s̄m triplex gen⁹ cāe.
efficiētis. formalis vel exemplaris et finalis.
Pulcritudo naturalis/ accipit lineamē-
tū modi et vnitatis vel mēsure/ a potentia
efficiēte. lineamētū sp̄i vel veri vel numeri
a sapiētia exemplāte. lineamentū ordinis vel
ponderis inclinātis a bonitate diuina fini-
ente. **Q**ue tria p̄p̄ia apls dicens. **Q**m̄ ex
ip̄o et p̄ ip̄m. et in ip̄o sunt oīa. **I**psi gl̄ia in
secula. q̄ oīa facit speciosa et pulcra. scđm
tria hec indelēbilia p̄sus lineamēta in q̄li-
bet ente p̄tracta. q̄ rursus sereducūt in cir-
culū ad p̄ime vnitatis exemplū. **H**unc
autē ad sp̄ales pulcritudines naturalis p̄p̄-
etatis p̄scendam⁹. Itaq; qdlibet ens/ has
bet t̄m de pulcritudine naturali. **I**stū habz
in se de entitate et bonitate: **I**nuenit autē
ens intellectuāle. et h̄ dupliciter. vel vt p se ex-
istēs vel vt alteri natū vniri. vt hūani intel-
lect⁹ **I**nuenit rursus ens rōnale. s̄m dupli-
cem portionē. **I**nuenit p̄terea ens aīale et
h̄ dupliciter. vel p̄iectū rōni vt in hoīb;. vel
p se stans vt in brutis. **P**roinde inuenitur
ens vitale seu vegetabile. et hoc dupliciter
vel cū sensu vel sine sensu. **A**mpli⁹ est ens
solū substantiale vt elemēta. vel materia p̄-
ma. que de se nō est p̄ncipaliter nihil. cum
sit p̄ subalis cōpositi. sed cōsiderata sine
forma. nō est act⁹ formalis. et informis dici-
tur et sicut p̄is appetēs formā sicut aliquid
pulcrū. **T**andē ē ens analogū qd appella-
mus accidēs. cui⁹ est inesse nō eē s̄m phos-
cū t̄m ponat fides ea posse sine subiecto p̄-
se esse. **D**iscipulus. **D**icito de singulis.
doctrinali q̄ aptus est stilo. qui tāte rei ma-
gis est accōmodus. **D**einde traduces om-
nia ad pulcritudinē mulieris quam respe-
xit: amoris oculo/ totus desiderabilis spō-

Tractatus Tertius

sus eius. **D**agister. Intellectualis pulcritudo ad primum et indelebiliter expressus lineamentum, quod dictum est, superaddit tanquam imago iam perfectior, triplicem lineam, trium virium superiorum, naturalium inferiorum sibi, que sunt memoria intelligentia et voluntas. Siue dicantur iste vires, tria que dam accidentia/naturam intellectuale necessario sequentia secundum Thomam et sequaces, siue sint vires essentialiter eadem cum natura intellectualis, sed formaliter differentes iuxta Scotum, siue sint penitus eadem res, tantummodo secundum rationem distincte, per respectum ad operationes, seu rationes obiectales vel terminorum connotationes quod nobis magis placet secundum expressivem a Gregorio datam. **I**ntellectualis hec pulcritudo, primo consideratur ut nuda, sine habitu superaddito vel operatione et hoc in ordine ad suum superius quod est deus. Ut vis memorativa dei, correspondeat patri seu paternali memorie, tanquam appropriate indita sibi a patre seu protrahata in tabula nature intellectualis. **V**is intellectualis dei/que est expressiva verbi, correspondeat filio ut verbum est in acie intelligentie potentialiter aut aptitudinaliter expressum. **V**is amativa dei, correspondeat spiritui sancto, ratione amoris inde productibilis per voluntatem siue per vim affectivam intellectuali. Ita semper dicit mens recolere deum, et intellectus intelligere deum per habitum, et diligere non in actu sed aptitudine. Similiter et seipsum modo quo loquitur frequenter Aug. dicit recolere intelligere et amare. Ita que non accipitur hic memoria pro recordatione preteritorum cum sit respectu omnimodo tacto. **I**ntellectualis vero pulcritudo, intelligit principaliter in angelis, que propterea nominantur a partibus intelligentie. Repitur tamen licet imperfecte in portione superiori rationalis anime que mens dicitur put est dei capax et particeps eius esse potest. Proinde dicta est facta ad imaginem divinitatis imitative, per similitudinem analogam quamvis humana mens sic figurata iuxta verbum Aristotelis que consonat in habet fidei sit tanquam tabula rasa, non repleta scientia et virtutibus omnibus, iuxta Platonis errorem. Hoc modo mens est naturalis luminosa, imo lumen intellectuale immortale, et indelibile, in quo et per quod nata sunt intelligi prima principia apprehensione facta terminorum a sensibus formaliter modum cognoscendi in via, hunc lumen dicit illud

quod signatum est super nos. **E**stimo autem quod sit intellectus agens, de phus sit locus, qui super fantasmata irradiat ut species intelligibiles abstrahat, vel eliciat, vel fodiat et sit intellectus possibilis, sed ipsemet considerat ut tabula rasa, fiat actualis per species intelligibiles ad intellectionem. **D**iscipulus. que pacto mens humana dum separatur a corpore statim per infusionem ne ei poterit cognoscere cum non habeat fantasmata que specularata sunt, nec speculari poterit extra corpus. **D**agister. Si singulas circa materiam que tractat incidentes dubitationes vellem tollere respondendo, nec ingenium, nec horam, nec susceptum de pulcritudine componendi, ferre posset. Pergam interea ceptum iter absque torridis viculis, que collocutionibus alijs subintrare poterim. **D**iscipulus. Assentio. **D**agister. Intellectualis pulcritudo tunc augeri et quodammodo speciosari et pingi debet per infusionem habituum diversigenis tam intellectualium quam affectivum tam in via quam in patria secundum triplicem differentiam. In via quidem per infusionem virtutum theologiarum, fidei spei et caritatis, aut aliquarum superiorum perfectionis sub enigmate tamen. In patria vero secundum tres dotes anime siue sint eadem cum lumine siue distincte, sic bitus ad faciliorem elicendum actum gloriosos, visionem dilectionem, fructivam inhesionem vel adhesionem fructualem commendentem spei. Iuxta illud **D**omi autem adherere deo bonum est. Et hec tria secundum tres vires, rationalis cupiscibilis et irascibilis, que philosophus ponit in superiori portione rationis. **I**ntellectualis pulcritudo rursus augetur per actus et operationes, exponens etiam viribus et habitibus predeuntibus. Qui dicitur possunt rationaliter, tertia pulcritudo principalis, super naturalem primariam et generale cuiuslibet entis superinducta ubi statim videre est quod multiplicata sit, tam in eadem natura quam in diversis hominibus pulcritudo actualis operationis. Nam principalis et summata repitur in gloria, qualem habet nunc pulcherrima et beatissima beatorum beatorum que omnium in visione dei cum nuda dilectione fructuosa. In quibus essentialis beatitudo formalisque consistit. Quia pulcritudine nulla sub deo speciosior in formis accidentalibus invenitur, nulla honestior, nulla suavior et iocundior, nulla melosior et sonosior, nulla salubrior et utilior, et hoc secundum triplex genus boni, honesti, delectabilis et utilitatis. **I**ntellectualem hanc pulcritudinem

precessit et inchoavit illa pulcritudo mentis quam habuit in via ter beata nostra domina dum contemplationi dedita fuit assidue. Quod status pariebatur exili. dum exultavit spiritus eius in deo salutari suo. quod inspiciebat dominus humilitatem ancille sue. Ille enim respectus cum deus immutabilis sit. quid aliud erat nisi candela talis pulcritudinis. talis exultationis in mente Marie. humilis ancille sue. Et ideo iam pulcherrime et dilectissime. quia fuit humillima. in qua figuratur liliū conuallium. Iesus salutaris suus. Erat tunc spiritus Marie licet in corpore quasi nihil de corpore portaret. Hinc defecisse. Hinc extra se fuisse. Hinc in anteis domus domini. Hinc in extremis maris habitasse. Dicta sunt hec cum tropis talibus sine numero que contribuntur contemplatiuis. Quod longe aliter distantius in Maria. Intellectualis huius contemplationis pulcritudinem in in via. nemo melius apprehendit quam experientia doctrine. Nihilominus eruditio doctrinalis dat aliquid intelligi. et non melius quam si consideretur status mentis quasi separatus nondum a corpore sed a rationis inferioris portione. Tunc profecto et non aliter intelligit quid sit diuinitas spiritus et anime. quid raptus. quid extasis. quid liquefactio anime. quid transformatio. quid unio. quid mors rachelis. id est rationis in partu beniamin. quo contemplatio signatur. Cur preterea nominat Dionysius. mysticam sapientiam esse irrationalem. hoc est sine ratione. Quod ad vim rationis apprehensiuam. non quo ad affectiuam. que iungit spiritui sancto per amorem extaticum. Insu per cherubin in celestibus. per quem amorem coniunguntur. Non quod omnino sit amor sine cognitione preuia vel comite. iuxta cuiusdam mystice theologizantis imaginatiuam. Verum est quod ista cognitio non super se reflectitur ut videat se videre. Iam enim auolaret ista simplex sinderisis. scintillantis rardentis affectio. Iuxta illud canticum. Auerte oculos tuos a me quia ipsa me auolare fecerunt. **D**iscipulus. Ultra dicuntur de statu mentis huiusmodi. et non quam sufficiunt. Immo potius eo magis exaltatur a nobis deus. quo plus ascendit homo ad cor altum ut iam non solum de pulcritudine patrie. sed istius vite verificetur quod nec oculus vidit nec auris audiuit nec

cor hominis ascendit. que preparauit deus diligentibus se. Unde clamat. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. Non dicit reuelasti eam timentibus te. patiuntur enim quod nesciunt. Hinc etiam dicit contemplatiuus/raptus in banc caliginem/sentiens sibi vultum alicuius cuius ignorat vultum. qui nescit unde venit aut quo vadat. Dicit inquit. Nesciui. Ania mea turbabat me. propter quadrigas amnadaab. id est raptus tales. Et etiam alibi. Ad nihilum redactus sum et nesciui. Sic deus collustratio spiritus. non sine quadam interpositione. qualem suo modo sentit oculus. pelliculis palpebrarum tenuibus interpositis. ad radios solis nitidissimos incidentes super oculos. Viderit itaque sol oculus in suo lumine. sed quid sit non datur inspicere medio prohibente. Tolle pelliculam vel aperi. protinus aspicias. **M**agister. Noli mirari si non comprehenditur incomprehensibilis. Jam enim non esset magnus dominus et laudabilis nimis. cuius magnitudinis esset finis. aut sapientie numerus. Jam non esset proprietates verbi de qua diceretur. cogitationum scrutator et intentio num cordis. quod inscrutabile testatur apostolus esse. Quo circa versis ad Mariam pulcritudinem oculis. perpende si potes qualis fuerit in via. stat sue mentis aut spiritus. quam sublimis in arce contemplationis quam elevata a terra sursum. quam irradiata fulgoribus. ab isto qui illuminat mirabiliter a montibus eternis. Unde turbati sunt omnes insipientes corde. qui dicunt saltem affectu vel effectu. et si non assensu in corde suo non est deus. Si erat ut mulier amicta sole iusticie. cuius sub pedibus luna totius mutabilitatis creaturarum. et in capite eius pulcherrima spiritualium siderum in eternitate splendentium corona. Quid inde colligi potest si vales considera. Nonne lumine illud immensum scintillabat aliquotiens ad oculum mentis. intuendum se inde prebens. Quod in via vidisse Moyses et Paulus estimatur. Nonne sicut in rimula quadam exilis choruscationis dum oculos ferit emicans flamma. mox disparens. ita fulgurabat in mente Marie splendor diuine glorie. Nonne cernebat eam quandoque tamquam dum aliquis videt seu vidisse putat nascentem per nubila lunam. Fallo si non tot

Tractatus Tertius

vicissitudines euntis et redeuntis sponsi/
dantur intelligi. **M**odo tenetur. modo
videtur. modo disparet. modo stat post parietem
nihilominus respicit per fenestras. **P**rospicit
per cancellos. **D**iscipulus. Quid
oro putaueris esse talem prospectus per fenestras
sponse. **M**agister. Quid nisi radios et angustas
illuminaciones in domo sponse. que domus est
superius mentis cenaculum. **N**on enim potest aliter
concipi prospicere noniter deus/uisi quia prospici
ci se facit. sed in transitu subito. referens aliquid
simile si pie dici potest ad illud pastorem seu
galatheam et fugit ad salices. et se cupit ante
videri. **T**ota denique visio **E**zechielis de animabus
et rotis per mysticas choruscaciones et scintillationes
nobis illud insinuat. **S**ed nos sermo. de raptu et
extasi. fere totus obrupuit. dum delectat nec
satiatur. **R**edeamus ad semitam. lingua/mus
inaccessibilem mentis contemplationem pulcritudinis.
et de rationali pulcritudine verbum fiat. **R**ationalis
itaque pulcritudo/pingitur et collocatur. in tabula
rationis inferioris quam distinguere fas est
proportionabiliter ad distinctiones traditas de
pulcritudine portionis superioris. quo ad naturam.
quo ad habitum. quo ad operationem suo modo.
Habet enim inferior portio duplicem oculum seu
faciem sicut et superior. **U**nde et superior connectitur
ad deum. potest autem oculum dimittere ad
rationis inferioris aspectum. **N**on secus is
inferior portio faciem eleuat ad portionem
superiorem. quasi mulier ad virum suum.
nihilominus diuerit oculos ad animales portiones
que corporeo in sua operatione eget organo
vel instrumento. **N**ec portio/congrue dicitur ancilla.
quia ministrat in humilitate. domus tridinio.
predictis viro et mulieri/duplici videlicet portio
rationis. quarum nulla requirit corporis organum
in propria actione. licet ancilla ministrat eis
simulacra vel obiecta. quia necesse est queque
intelligentes fantasmata speculari. **D**iscipulus.
Suprad duas portiones dumtaxat patiebatur
formam hominis scilicet in animam et spiritum. **M**agister.
Spiritu accepi pro mente superiori. **A**iam
vero pro toto illo quod ei subditum est. **D**iscipulus.
Huc autem inferior ratio distincta memorat ab
animali virtute. quam ancillam denominas. **M**agister.
Negare non va-

leo nec volui. et si forte non satis expressi/qua
tres rationes assignentur tibi portiones. a diuersis
diuersimode non aduersis. **S**ed volens coartare
sermonem/eo modo quo beatus et pulcherrima
mulier. canticum inchoauerit. cum memoras
tantummodo aiam et spiritum. posui cum aia
portionem inferiori quam multum (sicut scimus) con
gunt aliquam cum mente. vel spiritu. quasi inter
et partem seu portionem. quasi medium tenet locum
accipiens aliquando suas operationes. ab illu
stratione principaliori. atque stabiles conclu
siones deducendo resoluit. **Q**uandoque ve
ro reducit ad sensationes de foris immixtas
tanquam ad habitam de ipsis certitudinaliter
experientiam. **P**orro tres huiusmodi vires
exprimendo **P**aulus distinguit. loquens fre
quenter simul de spiritu et anima. de corpore
non quidem mortuo. sed animato quod
est sensualitas. **S**ic christus insinuat. **T**ristis
est inquit anima mea usque ad mortem. **E**t
statim post. **S**piritus quidem promptus
est. nec mirum. quod beatus. caro autem infirma/
que relicta passionibus tota erit. **H**inc
apostolus loquens de diuisione spiritus et ani
me/addidit. copages et medullas et cor for
te sensualitatem indicare volens. **D**iscipulus.
Non oportet ut video magnipendere. si hoc
vel illo modo quis accipiat. dum modo
ueniant. in acceptioe colloqueres quod
confusa euitet equocatio. **N**am caro aliquam
sumit per aiam corpore et spiritu. ut ibi. **V**erbum
caro factum est. **A**ia sicut per hominem ut ibi. **O**mnes
aie descenderunt in egyptum. **S**piritus vero per
totam aiam rationalem ut dicitur. **E**misit
spiritum. **T**ransfer te igitur ad similitudinem
quod suppositum insinuadas. **M**agister. **A**ialis
pulcritudo/sequitur ad intellectuale et rationale.
puti hominem/sensualitas in ipso diuina est
ratione nata per ipsam regulam principatu
despotico et fuili. **N**on enim est liba sic
superior appetit intellectuale essentialiter.
sed participat in modo. cui ratio auxiliatur
principatum diuinitu tyrannico vel fuili.
sicut libro. **H**inc fit ut appetit sensitiuus
compelli et corrigi et flagellari debeat a
ratione si fuerit inobediens sibi. de quo dicitur
ad caynam. **S**ub te erit appetit tuus. et tu
dominaberis illi. **V**oluntas vero cogi
nequit. **A**ialis hec portio multiplici
pulcritudine decoratur/ultra natura
lem que generalis est. ultra signatas
habet totidem insuper lineas quoniam
vires sensuum exteriorum. et quoniam
vel interiorum. sic alibi didicisti
dicere quod repetendum esse volueris.
Superad duntaxat speciositate maiori
tam bene quam passiones morales
salubres et operationes multum

plicare sup nūerū. Quales q̄s d̄inūerā
 re voluerit. nec ē vt coḡscat oēm sciaꝝ disti
 ferentiā. q̄ p̄ sensus interiores ⁊ exteriores
 acq̄runt. Oēs q̄z moralīū v̄tūū distīctiō
 nes oēm grāmaticē logice rhetorice disci
 plīnāz. cū arismetica. geometria. musica.
 astronomia. q̄s sine aīali portōe rō supior
 ⁊ inferior n̄ addiscūt. Legisti q̄tā sup vna
 v̄tute mēoratiua. deduxerit aug. admiratō
 nē. Et q̄s ad hāc ⁊ alias singulas sufficere
 exponēdas. **C**eterū aīal pulcritudo q̄ nō
 est p̄iūta rōi q̄lis ē generalit̄ in q̄libet aīali
 p̄ter hoīem. q̄t obsecro depicta ē ornataq̄
 formis instīctibz ⁊ idūstrijs vsq̄ adeo. q̄
 in nōnull' relucet q̄dā p̄cipatio rōis. Ita
 nīmīz fm legē deitatis. sic mētis hūane su
 p̄mū ⁊ iūgī infimo nature angelice ⁊ infi
 mū rōnis attingit a fantastica v̄tute. Sic
 fantastica hoīs portōz brutoꝝ fantasia nō
 nulloꝝ imitādo attingit. Oēs v̄o pulcritu
 dines h̄mōi resp̄tas in brutis / natura p̄iū
 tit in hūana rōne. Rōnem deniq̄ supplet
 in brutis / intelligentia p̄ma regēs infallibi
 lit̄ ista. cur' p̄uidencia in sui dispositione n̄
 fallit. Cur' ars p̄ma dedit ⁊ indidit tā hoī
 bus q̄ ceteris aīantibz artes innūerā. V̄o
 p̄deit artificiales pulcritudines. Sicut i
 nidis aīalium sibi fabricandis. In victu
 q̄rendo. p̄ insidias mirabiles. vt in vulpibz
 ⁊ araneis. In p̄uisione circa vel cōtra futu
 ros euentus vt in apibz ⁊ formicis. Quis
 cuncta d̄inūeret? **T**andem occurrit hic
 animalis cognitionis pulcritudo in vitali
 seu vegetatiua virtute siue sit per se posita /
 sepatim a potentia cognitiua. sic in plantis
 ⁊ in singulis absq̄ cognitione viuētibz
 siue cōiuncta sit. quē admodū videre est in
 hominibus ⁊ animalibz. vsq̄ ad illa que fi
 ra terre. solo ⁊ v̄nico vigēt sensu tactus. sic
 conche ⁊ ostree. q̄d eaz dilatatio. ⁊ p̄strictō
 manifestat. Quā vitā dicūt aliq̄ matricē
 in femell' retinere. **V**italis autē pulcritu
 do q̄ multa sit q̄ admirabil' ⁊ stupenda. in
 attrahendo cibū. in frangendo. in digerendo.
 in dispiendo. in assimilādo. rursus in
 expulsiōe superfluoꝝ. in augmentatiōe
 in generatiua virtute. in organizatiōe fi
 gurāq̄ membroꝝ. nullus explicaret sermo
 Nullus etiam de minimo grano vel folio
 planam sufficeret. naturali virtute ⁊ plenā
 tradere rationem. Quod cernēs Ecclesiā
 stes. cuncte inquit res difficiles sunt ⁊ non

potest eas / homo explicare sermone. Et ite
 rum intellecti q̄ omniū operum dei / nullas
 possit homo inuenire ratiōem. supple suf
 ficientem. ⁊ si dixerit sapiens se nosse / non
 poterit reperire. Tota p̄ostremo Job itē
 interrogatio. facta sibi a domino de diuinis
 operibus. quarū pulcritudo cōprehendi n̄
 potest ad hoc tendit. Quid de pulcritudine
 rerū naturalīū quid porro de pulcritudinē
 bus rerū tot artificialīū. quid de obiectis
 sensibilibz. per accidentia sua vel species
 se resp̄tantibus ad sensus. Ecce q̄ in gra
 no frumenti sunt infinite partes portio
 nales. scdm deductionem Aristotel' demō
 strantis continuū nō esse cōpositū. ex indi
 uisibilibz. Oportet ex hoc cōcludere q̄ i
 finiti nūeri sint illic ⁊ figure. imo tot quot i
 toto mūdo. Diu in sup creaturāz l'arūz
 ⁊ nominū cōtinet. neduz potentialiter sed
 actualiter in aspectu dei. vidētis numeros
 h̄mōi l'ras ⁊ figuras Cuius signū accipito
 de vna imagine. qualem inferre licebit. de
 ceteris. Potest itaq̄ statue factor / per solas
 partiū ablationem / formare pulcrā ima
 ginem. ex vno trunco ligni. qualis vtq̄ p̄i
 us ibi non erat. cū nihil addiderit ⁊ adhuc
 tamen nihil de celozum secretis tot pulcri
 tudinibus attingimus. **D**iscipulus.
 Si taliter res se habent de pulcritudine
 rum omnium / q̄ incomprehensibiles ha
 beantur. cur hacten' frustra illas desudau
 mus inquirere. **M**agister. Frustra ne
 quaq̄. nec inaniter sine fine. qui triplex est
 Unus ducens ad ammiratiōez opificis
 p̄mi dei. Speciei enī generator / hec om
 nia constituit. qui vtq̄ speciosior esse cō
 cluditur creature. Alter finis est ad hūmi
 liatiōē nostrī p̄ contemptū vie ⁊ desiderū
 patrie. vbi relucet pulcra perfectaq̄ cogni
 tiō / scdm visionem quam deuotus Bernar
 dus cuius hodie dies agitur fertur in sinu
 alle per assensum suum post obitum in mō
 tem lybani. Reliquus finis est nostre con
 quisiōni p̄oprius et accommod' de pul
 cerrima mulierum quam resp̄xit de'. Ex
 ultrauit spiritus eius in dō salutari suo.
 Quā super re. quattuor accipito confides
 rationes. Prima est. sponsitas pulcerrī
 me mulieris. que sibi datur in cantica ⁊ ali
 bi. plene nequit intelligi pulcritudinibus
 alioꝝ entium non intellectis. Exponit ei
 p̄ similitudines. oīs tā naturalis q̄ artificialis

Tractatus Tertius

formositatis, quib⁹ ignoratis, vt ignoret
trassumptio/necesse est. Secūda speciosi-
tas quolibet regna in creaturis sparsim, to-
ta colligit in beata et pulcherrima mulierum,
vel formaliter vel eminenter. Hęc est regula
diuini Dionysij/hierachias ordinantis q̄
superius tangebaf. Tertia speciositas pul-
cre mulieris/sumif ab omni pulchritudine
cereraz, creaturarū donis et ornamentis, et
quo mireris amplius, omis deformitas a/
licia, demonū et peccatorū, sibi cedit ad or-
namentū. Quarta, speciositas et pulchritu-
do creaturarū pie recognita, fides illustrat
spē roborat, caritatē inflammat, cū opitulatōe
in omni tribulatione et angustia. **D**iscipu-
lus pape. Vere magna posuisti, quoz cer-
tificationes expecto, preteritū sup illo qd
me miraturū iure dixisti. **D**gr. Rūdet
apulus, si sue locutionis datus cognoscitur
vbi dicit, qd diligentib⁹ deū/omnia coopant
in bonū. Si in bonū igit in pulch⁹. Et si
omnib⁹ diligentib⁹, q̄to amplius Marie
sup oēs deū diligentē tale qd eueniet: Pus-
tas ne summ⁹ artifex de⁹ quicq̄ in vniuer-
so mūdo, quē pulchrū pulcherrim⁹ ipse, men-
te gerens/formauerit aut esse pmiserit sine
causa. **D**iscipulus. Nequaquē putauerim
sed oia sub ordine pulchro/pulchra fecit val-
de. **D**gr. Rōne primū in quibet genes
re p̄cipuū est et mēsurā alioz, quē admodū
dux in exercitū. Maria vero dicta est pul-
cherrima et p̄fecta sup ceteras creaturas, nō
vnitas diuinitati, q̄lis est hūanitas christi
Consequens est igit, qd oia sibi subseruiant,
tā bona nature q̄ grē q̄ artis et fortune. **D**
Discipulus. Sit ita de bonis, Mala autē
qd affere hūit/nisi maliciā et turpitudines
Dgr. Scis ad honorem regis eē, si p
ueros p̄ditores suos alligatos coerceat in
cōpedib⁹. Scis qd in picturis, nigredo rō-
te iūcta/dat decorē imagini. Hoc i supcilijs
formosissime mlieris aspice, q̄b⁹ nigredo de-
cēs rubedo idecēs eēt v̄l viredo. **D**iscipu-
lus. Sic inuenio. Sed de turpitudine fla-
gicioz, et scelez, et blasphemiaz, nunqd n̄
secus erit. **D**gr. Secus eēt, si dedecus
culpe/maneret inordinatū sine decore ius-
ticie. Nūc autē pulchrius nō collocat ange-
lus in celo, q̄ demon in inferno: qui posu-
it est illicitanq̄ scabellū pulcherrime mulieris
preterentis fm legem dñi caput suū. Quam-
uis enī ois pulchritudo filie regis sit ab int⁹

(ideoq̄ constituit et affinit regina a dextris dī
hoc est in vestitu corporis deaurato, est q̄
circūdata varietate cuiuslibet creature cui
astat vnicuiq̄ sua pulchritudo saltem natu-
ralis, cuius prima lineamenta deleri non
p̄nt, possunt tñ supindui) ten ebrositates et
turpitudines vitiosoz, tā habitū q̄ acu-
um. Que turpitudines, in sua rōne forma-
li nihil dicūt positiuū, sunt enī puationes
pulchritudinis in esse debito, p̄ modū sp̄m
et ordinē. **D**iscipulus. Hęc certe turbu-
rer ambagib⁹, p̄stis, d̄ odio dei, q̄liter possit
esse pulch⁹, si nō alibi dissolutionē docuis-
ses. Perge nūc ostendere, qd pacto sit in Ma-
ria pulchritudo quibet repubilis in creatura
magie qd minorata est sic et filius, l. paulo
min⁹ ab angelis a deo qd naturalis speciosi-
tas dānati luciferi/in signior sit ex dictis, qd
p̄fectior. Quorū sunt p̄terea p̄tutes specifi-
ce, totā vt d̄ naturā speciei p̄scēntes, in gē-
mis, herbis, verb⁹, industrijs quoz aialū
Rursum in donis hōim gratuitis vt est cas-
racter sacerdotal, repugnās secm̄ femineo
Nūqd vt interea silentiū sit de ceteris, ex
bis omnib⁹ Marie formositate ornabis,
vel eam coronabis. **D**gr. Ornabo pla-
ne et coronabo. Quod quō sit iam deduci.
Circūdat q̄ppe omnibus et singulis quasi
vestimento decoro, multimoda varietate
depicto, quoz oim virtutes in signis cōri-
net, non qdem formaliter, sed eminenter.
Unde si nō habet naturalia, qualia gerit
angelus etiam damnat⁹. Jam id tñ est ad-
mirabilior, et eminentior Marie pulchritu-
do p̄ grām, q̄ naturā inferiorē q̄ sublimios
rem copiosius ornat et p̄ficiat. Rō habet cas-
racterē sacerdotale formaliter fateor. Ma-
bet autem eminentius ad reconciliationes
peccatorum, ad apertionem paradisi, quia
vere ponitur, felix celi porta. Ad auxiliandū
contra potestates aereas, contra ca-
lamitates et miscrias omnes, tam anima-
rum q̄ corporum, quotiens placuerit scilicet
illos misericordes oculos ad nos con-
uertere, quotiens ad nos se voluerit, tanq̄
pia m̄ filios q̄q̄ debiles et sedos curādos
purgādosq̄ suscipe. **D**iscipulus. Respiro
totus in sp̄m bonam dum te audio talia
differentem. Torus exultat spiritus meus
et aspirat meditari frequentius istam bea-
tam et pulchram mulierem quam tali po-
tentia pie differis eminentem. **O** felices

qui te tale in o Maria genuere parentes.
 Vere felix Joseph sponsus tu virginas
 lis. qui tui custos cum puero Jesu fidelis
 sedulus prudens atq; carissim. audire vi
 dereq; te cu filio tanto tempore dign. fuit
Magister. Credidi ppter quod locut
 sum. Propterea iam istos. non beatifica
 re nequeo neq; sufficio. quos o beata. tibi
 feceris. esse deuotos. quos traxeris te. post
 q; Jesum benedictu fructu ventris tui. in
 odorem vnguentorum tuoz. Quo modo
 no bti q; bybera caritatis laetanda. quib;
 os pietatis osculadu non dedignata fuerit
 ostendere? Ergo iam oleum effusus nome
 num. Ergo tu fons hortozu. ad emunda
 tionem simul & recreatione. cum delectato
 ne mirabili mundo datus. Tu puteus sa
 tiationis aque viue salientis in vitas eterna
 puteus aquarum que fluit impetu de ly
 bano candido paradisi. Tu hort. consit
 omni genere tam arboru q; areolis aroma
 tu. Tu iam coronata triumphas de capi
 te amana. id est turbulenti. de vertice sanir
 & hermon fetoris & anathematizationis. &
 cubilibus leonu. de montibus pardoz. sci
 licet tyrannide superboz damuatoz q; lu
 na mutabilitatis. sunt sub pedib; tuis ad
 calcandum. Porro sexaginta sunt regine.
 & octoginta concubine & adolescentularu
 non est numer. fm varios animaz grad
 Una tamen coluba perfecta. qua viderit
 filie p adoptionem. & beatissima predicaue
 rit regine. que suis dnantur affectibus. et
 concubine querentes concupiscencie remu
 nationem. per filiozum boni operis ge
 nerationem. Laudauerit te. quia beatam
 te dicent omnes generatioes. Quapulcra
 es & q; decora carissima in delitijs. S; cui
 carissima in delitijs. Illi nempe. cuius de
 litie sunt esse cum filijs hominum. Statu
 ra tua assimilata est palme triuphali. & ybe
 ra tua botrus vinee germinantis. virginel
 id est virginales affectiones. & sobria ebrie
 tate debriantis vsq; ad sana insaniam apd
 stultos secll. vsq; ad denudatione per vo
 luntaria; paupertatem. Tu delitijs affluens
 tota dilecto supinniteris. dicens voce ple
 nam. sensib; inexplicabilib;. Ego dilecto
 meo. & dilectus meus mibi. **D**iscipulus
 Eva magister. euge euge. quid nos agim
 obsecro. cantica canticozu exponendo. cu
 canticu; Marie susceperam. Et ecce nuc
 in laudes erupimus. nunc obsecrationes

interferimus. ad quas titubat an. imus.
 ad quas bacillaco; desluit oratio mentis.
 incerto pede. lingua balba. vagis oculis.
 gestu vario. quasi fabulando seu frenesian
 do. nos habemus. immo verius nos ha
 bemur rapimur distrahimur. nescio quo
 spiritu. quem nescimus. vnde veniat aut
 q; vadat. **M**agister. Valet frater. Quid
 si nos introduxerit. ista quam loquimur
 beata in cellaria regis in cellam vinariam.
 cuius est modo clauigera. Quid stupes/
 quid miraris si sobriam biberimus ebrie
 tatem spiritus? Quid si datum fuerit acce
 dere primus. o serenissimas voces amoru
 audire profundius. Totus ipe gestio me.
 quem iam non capio considerare. qd vris
 q; contingeret/ quando dicere fas est vnicuiq;
 nostrum. Anima mea liquefacta est vt di
 lectus locutus est. Fulcite me floribus. sti
 pate me malis. quia amore eius languet.
 Leua eius sub capite meo. & dextera illius
 amplexabit me. **D**iscipulus. Cessemus
 iam. cessemus sperare talia. qualia aman
 tes. sibi somnia fingunt. & ad incepta reuer
 tamur. **M**agister. Que cepta? **D**isci
 pulus. Quo non meministi? Cur inq;
 ris? Intremus elucidationem cantici bea
 tissime & pulcherrime mulieris cum epurba
 lamio Salomonis. **M**agister. Nimi
 rum istic sumus. Neq; enim eragunt certu
 expositonis ordinem. q; nullo sunt ordine co
 tecta. vel coherentia. que preterea. no vni
 tantu affectui sunt accommodata. sed innume
 ros. verbuz quodlibet affectus. eructat. p
 audientiu qualitate. Exponesi potes duz
 egrotus assiduis suspirijs plangens & sin
 gultus ex imo pectore. anbeloq; spu repe
 tit. ha. ha. ha. quid tibi significet ista vox
 plangorosa. **D**iscipul. Donat? respodet
 dicens. interiectione esse ptem oronis
 significans mentis affectu. voce incogni
 ta. Quid aut postulas vocem me incogni
 ta exponere cognoscenda? **M**ag. Non
 pdidit opam & ipensam. q; te puez docuit.
 oronis pres. Tu nuc gradior effect. ita co
 gnoscito quelibet amoris intimi & no ficti
 voce prius incognita. no amanti. imo nec
 aliena cōptaz amati. si no qlibet diectura.
 Exemplu de doloris interiectione. duz sa
 nus egrotum audit & solari querit. Cui res
 spodet apd comicu talis aliq;. Facile cur
 valem. alijs psilia damus Tu si h sis/ alie
 sentias. **D**iscipulus. Desperare doces.

Tractatus Quartus

elicere nunc hac nunc istac etulationes. p. agitationem. concussionēq; studij uehemētis. pauclās emicātes scintillas. puristas excessiui amoris hoc vel illud uerbum inserit ad aciem mentis pstringēs istas. et gerēs. Aut uero sub alia similitudine. stude familiaris esse uocibus amoris. in loco peregrinationis tue. non se adeo poterunt occultare. qn̄ familiari in te magis. et magis p̄dēt et intelligibilem. nunc hoc modo. nunc aliter manifestent. uel nutibus etiam se et gestibus insinuent. Peregrinātes pariter in exemplū habe. quibus barbari sint. Pueros quoq; colludentes. necdum p̄fectis. resonātes uerbis qui quomodo se intelligere p̄suecunt. imitari coneris. **¶** Deinde beatam et pulcherrimā mulierū postulem. ut nos illo respiciat pietatis. et amoris oculo. quali respecta fuit a deo salutari suo. **¶** Ad nos impetret respici. saltem ut amare sciamus exemplo petri. Respiciat terram cordis nostri et faciat eaz tremere. Et ab illo tremore suo concipiam. spiritū salutis. qui in amoris spiritum. aliquando transformetur. et hymnum tūc canamus cum alacritate cordium. **¶** Magnificat anima mea dominū. **¶** Magister Irritas meum querendi studiū de plurimis. s. aliorū me uocat. (ut audis) occupatio domestica regularis Dies craftinus. sollicit. erit in id ipsū. **¶** Discipulis. Ex peditur me reperies. p̄tinus sit nobis deus

Sequitur Quartus

tractatus per tragma seu dialogum de marie beatificatione. Per notulas. lxxij.

Notula Prima.

¶ Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Discipulus. Nonne cor nostrū ardens erat in nobis besterno colloquio. dum de canticis canticorum marie simul et salomonis conq̄reremus quasi fabulantes pegrini. necnō dilatata corde uideremur anbelādo spiritū attrahere. **¶** Magister. Demini et uisa est renouari ut aquile iuuentus nostra senilis quodāmodo et cana in exteriori homine. sed interior renouatur de die in diem. si assit uerbu dei reficiens ipsum. si iesus instar peregrini nec p̄tinde cognitus se comitez coniūgerit. si aperuerit sensum nobis ut intelligam. scriptur

ras. hymnorum et maxime psalmoz et canticorum. **¶** Si se talem exhibere dignabitur quod loquitur aie nre. **¶** Surge p̄pera amica mea colūba mea. formosa mea et ueni. **¶** Discipulis. **¶** Si iam huius congelationis spiritualis transeat. si gelicidū torporis. si imbris stillicidium assidue tēptationis abeat et recedat. si flores pulcroz aspectū appareant in terra cordis nostri dante domino benignitatem. **¶** Si tempus putationis et refecationis cure omnis superflue adueniat. si uox turturis castegementis et consolantis luctu bono audiatur in terra sensualitatis nostre. conformantis se rationi ut concordet philomene et alaude contemplationis alacris turturis suspirium. **¶** Si ficus iam nō maledicta nec solis onusta uerboz folijs p̄ferat grossos suos in signū fructus post suauis. **¶** Demū si uinee bonarum operationum. dent odorem suū bone fame in uitam et letificationem dei et hominū quod secururus sit o magister agnoscis. **¶** Magister. **¶** Quenam anima frater est tam bestes et gelida. que non ad uocem blandientis amici. uer dilecti quem sequitur expectigatur. **¶** Que non tota liquefiat. se iaz in in se non continēs p̄p̄is terminis desideriorū. sed effluat in dilectū currat post uocantē se ḡtis noibus. **¶** Surge inquit p̄pera amica mea. **¶** Surge que male iacueras. cum adolecēte perditio. propterea paternam adire misericordiā. ut accūbar sup̄ collum tuum. detq; in accubitu tali. nudus humilitatis tue. odorem suum. ut iure uoceris amica. suscipiens pacis osculū et speciosa recipiens primā in ne centie stolam cum anulo fidei. **¶** Proinde facta colūba. nidifices in foraminibus petre. in cauernis macerie. **¶** Petra autē erat christus. **¶** Tu in figura clauozū. in cauerna lateris. usq; ad patefactionē cordis. fidei deuotione subintrans illic reponas sanctaz meditationum pullos tuos. **¶** Ostēde dilecto parenti faciem tuam. iam colore roseo decorē et uernantem in aspersione sanguinis agni immaculati. **¶** Sonet uox tua in auribus dilecti. que dulcis sit in laude confertens in iubilo. **¶** Deniq; sis uinea florens. desiderijs odoriferis. o qua vulpecule paruule intentionū dolosaz. diffugiant capte ad elationis precipicia. et uineas radicitus demoliunt et corrodūt. **¶** Si postmodū fas

habeat anima talis. iam facie decora. iam
voce suavis. suspirabunda dicere. Dilectus
meus mihi et ego illi. qui pasatur inter li-
lia donec aspiret dies et inclinentur umbrae
A **D**iscipulus. Quid oro vult hec inter-
rupta et inexplorata penitus locutio. **M**agister.
Audisti iam voces amoris ideo non
perfici. quoniam tot occurrunt anime deside-
ria valida quae nequeunt simul erumpere. **C**o-
fundunt se potius et opprimunt. Sentit
amans. quicquid exprimere potest. nihil ad
hoc quod optat satis est. Quare dat se ma-
gis intelligi per interruptiones more inter-
iectionum. ab imo pectoris. eructatas vel
erutas. Solet inde patere taliter anhelan-
tibus quorsum mittitur illud suspirium

Discipulus. Da supplementum verborum
istorum. Dilectus meus mihi et ego illi. **M**agister.
Quis arenulas maris. aut plu-
me guttas dinumeret. Quis inscrutabilia
scrutetur corda. Non facilius est id quod
requirit. Nihilominus aliquid accipio.
Dilectus meus mihi intendit et ego illi. **D**ilectus
meus mihi oculum amoris dirigit.
osculum porrigit. loquitur. assentit. blandit.
et ego illi. Dilectus meus. mihi finis omni-
um desideriorum meorum. et omnium cogitatio-
num et intentionum cordis. et operationum cu-
iuslibet seu mortis cardo centum est et axis
et ego illi totum quod dat reddo. Dilectus
meus mihi delitiosus est. amorosus est. con-
cordans est. suavis est. benignus est. iocun-
dus est. delectabilis est. **M**ibi omnia est. Quip-
pe cum quo sum unum cor. una anima. un-
us spiritus. Ideo dilectus meus mihi unum
tur et ego illi. Dilectus meus se mihi dedit
in precium in mortem. quomodo non omnia
mihi seculum donavit. **D**iscipulus. Quo-
modo dicitur se donare deus. qui nusquam ab-
est. Qualiter est anima sibi finis deside-
riorum suorum vel operationum. qui propter
seipsum omnia operatus est secundum sapientem

Magister. Docet angelica saluatio.
modum donationis dei. Saluatur enim
Maria per angelum. sic anima per spiritum
sanctum aliquem instinctum. qui loquitur pa-
cem ad conuersum cor. Mandat quoque sa-
lutes. dicens anime secreto cordis silentio
Salus tua ego sum. Et illud. Remittunt
tibi peccata tua. Uade in pace. Non enim
datur saluatio excommunicatis. nec eis qui
rum presentiam horrescimus. Sic inuenit

apud dei gratiam animam que per eum fit dispo-
sita et organata suo modo calorem vitali gratie
ad susceptionem domini. de quo et a quo vi-
uit anima non minus quam disponit corpus or-
ganicum per armoniam qualitativam dispo-
sitionum ad anime rationalis introductionem
faciendam in corpore. Tunc audit anima
dominum rectum. quia sedat ad nutum anime ut
fruat se. et alio quolibet utatur in se et pro-
pter se. Unde fit amoris illa reciproca do-
natio mirabilis. quo manet in caritate in
deo et deus in eo. Dilectus meus mihi sup-
ple seipsum dat et ego illi seipsum reddo et me
ipsum cum eo cum quo iam unum effecta sum
Et sic in illa trinitate ineffabili per dat filio
spiritum. et filius patri reddit eundem spiri-
tum. sic anima datur sibi dilectum dat. et red-
dit seipsum sibi qui tribuit. ut sit ipse prin-
cipium et finis omnium desideriorum vtri-
usque. Hanc dignationem amoris inestima-
biles quia philosophi superbi non potue-
runt nec voluerunt attendere. propterea nul-
las tales ad deum voces deprimere cona-
ti sunt. Dilectus meus mihi et ego illi. Fue-
runt idcirco ab huiusmodi epithalamio ma-
rie et salomonis penitus alieni et ad illud sur-
di. Quod attendens christus. exultavit in
spiritu in illa hora. Confiteor tibi inquit
pater domine celi et terre quia abscondisti
heca sapientibus et prudentibus et revelasti
ea paruulis. Ita pater. quia sic placitum est
ante te. Non meritum cuiuscumque. ne quis
glorietur in se. Unde si tale aliquid cecinit
Maria dicens. Deposuit potentes de sede
et exaltavit humiles. **D**iscipulus. Quomodo
intelligo. deus sedat in dono quod in-
format animam et vivificat eam. reddens deiformem
et pulchram amabilem et desiderabilem. qui
letatur in operibus suis. maxime in filiis
hominum. **S**ed cur anima dicit aliquando.
Dilectus meus mihi. ut hec transferat. ali-
quando seipsum et dicens. ego dilecto meo. **M**agister.
Dilecta fertur in dilectum secundum vim
duplicem. apprehensivam scilicet et motivam. **V**is
apprehensiva seu cognitiva. quodammodo
trahit ad se et in se suum obiectum quod
est verum. Sed conuersus est ordo virtu-
tis motive vel affective presertim dilective
cuius obiectum est bonum. quia tendit et exten-
dit se ad ipsum. Causam dat philosophus. Verum
inquit est in anima. scilicet bonum in rebus. **U**n-
de bonum quod
est appetibile aptum imprimendo se per cogniti-

Tractatus Quartus

onem. non enim velle possum? incognita Appetitus vero quasi circulo quodam. redire conatur in appetibile. et se sibi dare. communicare. vel imprimere. Propterea dicitur anima dum dilectum cogitat. et imagines sui format vel specie. quod sibi dilectus imprimitur. Dum vero diligit. ipsa se dilecto dat et explicat. et ad ipsum quasi foris egreditur.

Discipulus. Quid ad rem nostram?

Magister. Vultū per omnē modū. Hoc est illud mysticū verbū epī de dilecto suo. quod ingreditur et egreditur et pascha inueniet. Hoc item aliud de moyse. qui minauit gregē ad interiora deserti. vbi vidit dominū in flamma rabi. Gregem intellige. totā cogitationū turbam. que ad interiora mentis colligitur. Est alter ordo dum Moyses vocatus a domino de nube caliginis exit ad ipsum sicut christus relicta turba ascendit in montē.

Sic anima subintrans se et trahens ad se sponsum per cognitionē. dici potest pasce re sponsum. Sic ipse habere in lecto pacifice mentis. et coangustate. ne sit locus ad ultero.

Et ens vero per dilectionē ad sponsum trahitur ad sponsi palatium thalamū vel cubiculum. **Discipulus.** Quid potestremo? **Magister.** Siquidem in hac coniunctione. sponsi et sponse per dilectionem / confurgit delectatio. dum rursus imprimitur se dilectus in dilectam. sugentē verbera consolationis sue. Dicitur hinc delectatio quasi quedam lactatio. Hinc est fruitio complectans vniuersas beatitudinis partes. vt dotes. retentionem vel apprehensionem in bestiuam pro cognitione et dilectione pariter et delectatione. Sic fruitionem descripsit Augusti. quod est amore inherere alicui rei. propter se in qua mentis delectatio habet. **Discipulus.** Dum rapit nos est amoris / oblitus sumus pene inquisitionem pmitus occurrentem super verbo tuo o beatrice. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. **Magister.** Regredi licet quando volueris. **Discipulus.** Pulsat hec animum questio. qua ratio ne potuit absque spiritu iactantie. humilis ancilla domini / tam excelsum de se perferre preconium? Subit inde questio. quo nomine digniori Maria nominetur. An beata / que cecinit. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes? Subsequitur alia questio. quot modis Maria

dicitur sit beata? **Magister.** Conabor satisfacere quesitis his. Et quidem de primo scieris animā Marię magnificasse dominū non solum. quia magnus in se est / et magnus a creatura sua predicatur et colitur. sed etiam quia magnificam reddit animam cui magna facit qui potens est. Nunquid parum tibi magnificata videtur Marię anima. que operationi supra modum magnifice fuit causa prebere consensum dicens ad angelū. Fiat mihi secundum verbum tuū. Quid est hoc / nisi fiam mater filij cuius pater est deus? Quid excelcius. quid sublimius vel (vt alius vult) arroganti? poterit cogitari.

Discipulus. Hoc mouet multos. quo modo stant simul / et in vniū conueniunt / tanta humilitas ecce ancilla domini / cum tanta magnificentia fiat mihi secundum verbum tuū talis abiectio cum tali gloria? **Magister.** Doceat nos philosophia si theologia parum est. conditiones magnifici. seu vim virtutis magnificentie. Magnificus vtiq. non de honore vel gloria curam habet. sed de operibus preclaris. que gloria digna sunt et honore. colit lucem. spernit umbram. Gloria sua est sicut dicit apostolus. testimonium conscientie sue. Non de alieno pendet iudicio cui modicum est si iudicet ab hominibus vel ab homine aut ab humano die. Nam qui se iudicat dominus est. Fit humilis proinde in fuga glorie. fit magnanimus in operatione magnorum. cum dignitate meritorum.

Denique cum gloriatur. in domino gloriatur. Obseruat hoc magnifica nostra et magnificanda. que tota in dei gloriā refudit beatitudinis sue famam. Quia fecit inquit mihi magna qui potens est. Non ergo mihi gloria. gloria sola sibi. Fuit propterea virgo beata sicut angelus dei. vt nec benedictio te moueret nec maledictio. per elationis aut deiectionis vitium. Que quo magis gloriam fugiebas. eo magis te sequebatur. sicut umbra corpus. Esse bona. non videri / volebas. **Discipulus.** Magnificus / magnorum dignus honorum. nunquid iniquos iudicat eos qui se spernunt

Magister. Plane sic iudicat. censetque puniendos. non propter se / sed propter iusticiam et alienam vtilitatem. At vero longediuius. dat fides cum gratia. magnificenciam cum humilitate coniungit. quod inanis philosophia. Dicit et sententia. Non nobis dñe

Dignus nō muric p̄

non nobis / sed nomini tuo da gloriam.
 Tibi gloria. nobis autem confusio / qui
 serui inuiles sumus. qui nihil habemus
 quod a te non accepimus. tua tibi dona
 confitemur et reddimus. Volunt ut ad lo-
 cum unde exierunt flumina gratiarū reuer-
 tantur. ut iterum fluant te donante. sis ma-
 gnificus in sanctitate et gloria. **D**iscipu-
 lus. Non est quod contradicam. dic de se-
 cunda questione. **M**agister. Enunci-
 asse videtur propheticis spiritu plena / ver-
 bigena nostra / q̄ hoc nomen adiectiuū ap-
 propriate sibi et antonomastice daretur per
 omnes generationes. velut nomen epithe-
 ton desuper sibi datum. sibi debitū. sibi pla-
 centissimū. necnon conuenientissimū iō-
 cundissimū et appropriatū. **D**ignare
 nos laudare te virgo sancta. o ter quaterq̄
 beata. Beata primo que credidisti clamat
 Elizabeth. Beata secūdo quia gratia ple-
 na scdm̄ Gabrielis salutationē. Beata ter-
 tio et benedicta. quia benedictus fructus vē-
 tris tui. Beata quarto. quia fecit tibi ma-
 gna qui potēs est. Beata quinto. quia ma-
 ter domini. Beata sexto. quia fecidatā vir-
 ginitatis honore. Beata septimo. quia nec
 primam simile visa es nec habere sequen-
 tem. **D**iscipulus. Numerasti numeros
 beatitudinis sub quadam generali laude.
 quid censes si ad specialia descendam? **M**
 Magister. Descendam? placet. Sicut
 plenior dabitur intellectus preconij quo bea-
 ta dicitur per omnes generationes. Offer-
 tur animo triplex beatitudo. Una vie per
 spem. altera patrie per rem. tertia quasi me-
 diat inter spem et rem. inter viam et patriam
 quale habuit manifeste christus quez fuit
 se viatorē scdm̄ animam. et comprehensio-
 re scdm̄ spiritū / nullus ambigit theologus
Porro qualis sit beatitudo per spem et
 gratiam. nos sic cōmuniter fideles christia-
 ni Qualis preterea sit beatitudo glorie vi-
 demus nunc per speculū in enigmate. cre-
 dentes eam esse quaz nec oculus vidit nec
 auris audiuit. nec in cor hominis ascēdit
 Recogitata vero duplex hec beatitudo. vi-
 am aperit ut tertia quasi media citi⁹ cogno-
 scatur. quia minor est q̄ glorie consumma-
 te. et maior q̄ solius spei et cōmunis gratie
Nec abhorret hec distinctio theologi-
 ca / phisicā considerationē. que ponit virtu-
 tes primas politicas. secundas purgatori-
 as. tertias purgati animi. quas aristoteles

vocat heroicis. Hec beatitudo que purga-
 ti animi. vel heroicalis excellentie dici po-
 test / fuit in beata nostra dum viveret. super
 omnem purū hominē / sicut beata residet
 in patria super omnem angelicam potesta-
 tem. hoc est que a nullo vincitur illustrius
 scdm̄ Damascenū. Et iuxta hierarchiam
 Dionysij legem / continet eminenter om-
 nem perfectionem creaturarum tanq̄ infe-
 riorum. ut iure dicatur Regina mundi et
 domina. His igitur breui compendio Ma-
 rie beatitudinē. notat tibi fieri. da sibi per
 eminentiā quicquid in creaturis videris
 melius ipsum q̄ non ipm. Et si non for-
 maliter tamen eminenter q̄ distat a deo
 Et quoniam princeps fuit in via viriusq̄ bea-
 titudinis vie salicet in patrie ponem⁹ aliq̄s
 de conditionib⁹ beatitudinis eterne. p̄ q̄s
 gradatim veniam⁹ ad petita vel ad pereu-
 da. **D**iscipulus. Expedies iudico. nec
 audiendi tenebit me fastidiū. etiā si preco-
 gnita narraueris? **M**agister. Est beatis-
 tudo spirit⁹ que sepatur ab anima. id est a
 sensuali portione. Hec fuit in christo via-
 tore. Hec in spiritib⁹ separatis viget. Ha-
 bet nihilominus animam suam beatitudinē
 duz resumetur in corruptibile corpus a spi-
 ritu beato. Dicitur incorruptibile pro tol-
 lenda calūnia quaz vellēt aliqui struere de
 resuscitatis iustis / tempore passionis quo-
 rum spiritus statim in descēsu spirit⁹ christi
 sti in limbū patrū beatificati sunt. quando
 momordit christus infernū. saluādo spiri-
 tus istos p̄ beatificā visionē. de qua latro-
 ni dictum est. Hodie mecum eris in paradī-
 so. qui purgandū fortassis aliqd̄ habebat.
 nisi priuilegium nouitatis. aduentus res-
 gis ipsum sicut et alios multos. forsitan et
 omnes tunc a purgatorio liberasset. Ta-
 les inq̄m spiritus beatificati. si corpus nō
 incorruptibile susceperunt. aut quia mor-
 tui sunt scdm̄ quosdam / sequitur vnū mi-
 rabile q̄ tales fuerūt cōprehensores in cor-
 pore mortali sicut christus. Sequitur et
 tiam q̄ fuerunt bis mortui. sicut Lazarus
 cum statutum sit omnibus semel mori sm̄
 Apostolum. Respondent quia apostolus
 non negat quin pluries. Et vero nulla sit
 ambiguitas de resurrectione nouissima.
 Sunt autem tres dotes spiritus beati. sic
 separatus aut coniectus. que sunt frui-
 tio visio et tēno. Sūt quatuor ipsius aie se-
 tiue resūpto corpore gloriose q̄s plene sōditū ē

Inflatus (sc. p. d. r.)

25. 37

tam anime q̄ spiritui. Unde reddetur clarus, impassibile, agile, subtile. Nolo tamē existimes q̄ spiritus et anima sunt in eodē homine/modo vel tunc due nature distincte, vel due anime et essentie, licet fuerit alis quando articulus in anglia condemnatus dicere q̄ nou sunt due anime in homine eodē/rationalis et sensitua. Prior vero sententia tenēda est, ut ecclesiasticis dogmatibus continet. Dixit christ⁹ q̄ potestates habebat ponēdi animā suā, s; q̄ illa sit spiritus, norauit euangelista Tradidit sp̄m Discipul⁹. Prīdē ita dixisti, pridem ita nouisti, expone quod ordis? **M**agister Quia loquimur de dotibus que solēt attribui nubentib⁹. Sponsus enim dotat sponsam, et nulla creatura/non uita diuinitati (ut excipiatur anīa christi) dignior fuit dei sponsa noiari. Maria uero p̄ sponsa et sp̄se metaphora dum inquirim⁹ beate Marie laudes, atq; preconia, diuiniatrit etiam pegrinaretur in terra. **D**iscipulus Gratanter ac letus accipio, q̄tenus in his assumptionis sue solennib⁹/dum cantica canticorū resonat ecclia tanq; epithalamium suū materia conquiredi iocundissima ministrat. **M**agister. Animaduerte quē admodū tres in matronio succedūt grad⁹. Est enī matrimoniū inītiatū est ratum, est consummatū. **D**iscipul⁹. Scio, s; quid ob hoc texere uis? **M**agister. Uolo dicere uirginale sp̄sam nostrā/fm triplices hunc statū, triplicē habuisse beatitudines. Beatā respice primo modo/dū ab instanti creationis sp̄s sui, inītiatū est matrimoniū cū eterno sponso deo, per arram fidei, spei caritatis et ceterarū uirtutū. Beatā respice secūdo modo, dum matrimoniū plenē consummatū est in assumptione corporis et anime/cū eternitate dotū suarū. Beatā intellige tertio modo quando matrimoniū fuit ratū in conceptione filij dei, et deinceps p̄ gratiā consummatū, ne dissolui possit p̄ peccatū quōuis ad cubiculi secretū, primo fuit in assumptione introducta ubi fuit et est matrimoniū consummatū. **D**iscipulus. Hanc uelut per rimulas, incipioyidere quo tendit iter tue deductionis? **M**agister. Videbis apertius si pauca de dotibus enumerare potius q̄ docuero. Tres idcirco dicuntur dotē, sponse ad cubiculum sponsi recepte p̄ gloriam, uisio fructio et tentio, que respondent trib⁹ theop

logis uirtutibus uic, que sunt fides, spes, et caritas, et tribus anime uiribus, rationali concupiscibili irascibili. Dicitur in q̄ igitur dotē, quia sunt habitus/disponentes tres istas uires sc̄m mentem, que est spiritus, immo un⁹ tunc cum sponso spirit⁹, ad act⁹ qui beatitudine constituit, qui sunt intuitiua uisio, et actualis fructio cū eternitate. Ad quid ualent dices iste dotē? Sane quaten⁹ sp̄se suppetet, unde potest iugū suauissimū et onus leuissimum beati coniugij, ubi fit mens suo modo patris uerbi et sacrarium spiritus sancti. Nunquid uidetur talis, tantaq; filij educatio iugis et eterna qualcm habet ipsa mens uerbigena, s; go in unum mater et filia. **D**iscipulus. Lōuenisse credim⁹ beatrix simul in Maria, sed quo pacto conueniant in menterationali non ita perspicio ut uirgo dicatur mater et filia? **M**agister. Uirgo nominatur propter sinderisum, que nunq; uolatur. Mater, quia parit in se uerbum, roza te desup patre luminū, cuius est filia, cuius filio nuptialiter coniuncta est. Quid ni tūc psallet et exultet Marie spirit⁹ in deo salutaris suo, laudans, psallens et iubilans plenō totoq; cordis affectu, hoc canticorum canticū amoris per amorē canticū nuptiale, quod dicitur epithalamium, Lantū nouum, p̄pter illuz, qui noua fecit omnia. Tenor huius canticū cōsistit in essentiali beatitudine uisionis dilectionis et fructiois dei, que semp̄ uno et inuariabili tanore subsistit et resonat. Porro respectus creaturaz tam in uerbo q̄ in proprio genere, mouet ad canticum multiplici uarietate decorum tanq; pro discantu. Neq; dubitaueris omnes et singulas in unum concurrere, mentalis spiritus affectiones, Formabitur enī melodia spiritus, ad exemplar armonie sue uel melodie dinalis, que stabilis semper in se manens fastidire non potest, tanq; assidue renouetur. **M**agister. Dabes ecce ueritatē conclusionis unius quam tu tibi declarari quandoq; postulabas, si Maria in hoc canticū se in omnes perfundeat affect⁹ uel anime passionēs. **D**iscipulus. Habeo forte pro statu glorię quōuis ambiguum uideatur, si sint in spiritibus beatorū omnes affectus, tot et tales, quot et quales sentimus in uia, immo non est dubium de dolore. Non enim erit amplius ibi luctus neq; clamor sed nec ullus dolor? **M**ag

De hoc statim videbimus. Tu colligas et intelligas interea quale fuerit canticum beate virginis quot vocibus alternatum. duz iam adepta fuerat beatitudinem illaz, que dicta est superior ad beatitudinem solius vie proxima et vicina beatitudine patrie. Quid si viatores aliqui exercitatos pro conformitudine sensus mentis habentes possint cum oī promptitudine voces affectuum secundum notulas quinque vocalium, sparsas per silabas psalmodii, vnamquamque concinere vel formare. **Discipulus.** Concludit intelligentia tua, quod rationabilis sit conclusio que non ita recipienda est, quasi vox quelibet affectionis, retineat sonum integrum, franguntur enim quadam allisione non aliter quam in compositione dictionum videmus. Non enim hec dicitio magnificat plene sonat, istas litteras magnificat, sed in unum colliguntur quasi tertium mixtum sonum. Usus est philosophus, hoc exemplo, duz de mixtione tali loqueret elementorum, que manent quidem in mixto, sed refracta, vel in essentialiam ut placet Avicenne, vel ut Averrois secundum proprias qualitates. **Magister.** Exemplum placet quod inquisitione philosophica presupponit. Exemplum aliud, video de multis aromatibus simaltritis, ex quibus odor tertius mixtus resultat quandoque plus redolens aroma predominantans. Coapretur exclamatio canticorum, que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirthe et thuris, et sequitur et vniuersi pulueris pigmentarii. Exemplum aliud est in re nostra licet enim pueri distincte prius sonent, ut remisi, postmodum iungunt, litteram paulatim cum vocibus istis, tandem vsu continuo cantant sine vocibus notularum quod tandem exemplum, in contrapuncto, deinde in discantu plus apparet, unde valeamus ad musicam cordis transferre rationem, ubi celeritas maior est atque facilius sonoritas affectionum spiritualium, quam sit exterior vocalium. **Discipulus.** Das praxim vrendi gamma multico canticorum cordis. Unde palam fit non esse sistendum iugiter in his quinque vocalibus, a. e. i. o. v. Sed nec in singulis deliberate pausandum est affectibus. Alioquin fantasia plus tandem lederetur, quam intelligentie recreatio proueniret. Tuus rationem sensualis nos quotidie do-

cet cantus. **Sed** manet dubitatio mora de beatis deo iubilantibus, apud que sola vox leticie, et nulla spei, nulla compassionis, nulla timoris, nulla denique doloris resonare videtur. Et hec dubitatio verti potest ad beatitudinem Marie virginis, pro statu vie, proxima statui patrie, quando non habebat peccata que doleret, quando conformis erat sua in omnibus voluntas pro uidentie dei, que in sui dispositione non fallitur. **Magister.** Dabit hoc vltimum de conformitate voluntatis locum proprium. Ceterum de affectibus beatificati spiritus edoceri poteris, per similitudines de terminationis abundanter tradite per doctoros de virtutibus moralibus et theologis, et de donis beatitudinibus et fructibus manent in patria. Quorum finalis est resolutio que in quolibet bono habitu reperitur aliquid quod dicit perfectionem sed in pluribus coniunctum est aliquid pro statu vie imperfectionem notans vel indigentiam. Fides dicit innitentiam prime veritatis, spes diuine liberalitatis, caritas diuine bonitatis, et horum quodlibet vniquam bonum est perficiens spiritum. Sed imperfectionem respice Fides importat enigma, spes cum enigmate futuram fruitionem, caritas vero a deo, quis hic non consequatur intuitiuam visionem. Penitentia dicit detestationem peccatorum, Timor fugam separationis a deo, Compassio seu misericordia promptitudinem auxiliandi, zelus a morem iusti. Et ita per omnia reperies aliqua de se bona si coniunctos defectus abstuleris, ut a penitentia peccatorum commissum, a timore periculum cadendi, a compassione miseriam cui nunc oporteat subueniri. Sic itaque de singulis affectionibus beatorum spirituum, quas theologia vocat extenso nomine passiones, que non sunt in spiritu rationali, maxime separato, secundum realem mutationem quemadmodum philosophi stricte loquuntur de passionibus sensitue anime. Affectio autem spiritum immutans/intentionalis est sicut gaudium et desiderium de deo, odium vel displicentia de peccato, resilitio in deum et ab inferno, affectus succurrendi alieno incommodo. **Discipulus.** Et si magna pars questionis soluta cernatur per exemplum de virtutibus, tamen descriptio beatitudinis affert

Dm

Tractatus Tertius

serupulum. quoniam beatus est qui habet
quicquid vult scdm antiquos. et Augusti-
num qui addit nihil mali vult. Beatus di-
citur quasi bene actus. cui omnia oprata
succedunt scdm Cassiodorum. **M**agis-
ter. Conclude primo per etimologiam
beati contra stoicos. qd virtutes non sunt i-
sensibilitates. quia dicitur beatus quasi be-
ne actus. ergo bene motus. ergo non insen-
sibilis. Et hec certe concedunt de affectio-
nibus intrinsicis ratiois. sed sensuales om-
nino detrahunt a sapiente quasi factos vir-
tus efficiat. **P**orro non est de ratione
beatitudinis. qd beatus statim habeat qd
quid vult oprandum maxime circa alteruz
sed absoluta beati voluntas sicut semper co-
formis est diuine voluntati sic semper im-
pletur. Et huius declaratio proprium lo-
cum habet. **S**uperest distinguere de
spiritibus affectionum receptiuis. Aliqui
sunt impassibiles effecti. et h contra passibilita-
te lesiuam vel corruptiuam vel abiectiuam perfe-
ctionis debite. vt in celo. quonia nihil im-
pedit. imo confert esse passibiles passione
perfectiuam. sicut dilectio dei. suaq; fruitio. Ho-
ne celum impassibile dicitur primo modo
quod lumine solis cernitur mutari. Alius
est spiritus rationalis atq; receptiuus lesi-
ue passionis etiam vt spiritus est. et hoc qd
tidianum est nobis viatorib; velimus nos-
lim. Et de damnatis spiritibus fides cre-
dit. sed modus alio loco dicendus est. Est
tertia vel fuit in nonnullis spiritibus pro-
prietas. que dedit eis posse non pati pas-
sione lesiuam vel disconuenientem. qualis fuit
pro statu nature institute. et qualiter erat in
anima christi. nisi sponte passiones susce-
pisset. Videt ne igitur qd primus spiritus
per passiones no leditur qualescunq;. nec
si poneretur in stagno sulphuris ardentis
gaudet assidue. nec gaudium minuunt a-
lic iuncte affectiones. sicut compassio defi-
cientium. detestatio peccati. resilitio reue-
rentialis in propria paruitate que timo-
ris species est. Odium deniq; vitiozu. qd
est zelus bonus. et ita de reliquis imperfectio-
ne semota. Tertius spiritus suo modo ca-
rebat lesiuis passionibus in primo paren-
te. et nunc forte sic in Enoch et Helia Sed
an beate nostre talis fuerit exultatio spiri-
tus in deo salutari suo non arbitror asserē-
dum. quin doluerit tam anima qd spiritu.

non enim glorificatus fuit spiritus suus. si-
cut spiritus christi. nec voluntate sola pas-
sionibus lesiuis subiacebat Tuam inquit
Simeon ipsius animas. pertransibit glori-
dus. **D**iscipulus. Nonne fuit immunis
ab omni peccato nostra brā. et sic cur pas-
sa est. quia quicquid patimur. peccata nos-
tra meruerunt Eua deniq; fuisse ante la-
psum. ipsa Maria perfectior. quia tūc potes-
rat nihil pati. **M**agister. Notata est ali-
bi responsio. qd in Maria fuit necessitas
originalis peccati contrabedi. scdm causas
inferiores. scdm legem propagationis ex co-
iunctione viri cum femina. **E**x enim super-
rior: preiudicauit huic necessitati preueniē-
do casum. per sanctificationem et gratiam.
Sic dicit in alio casu sanctus Thomas.
de occurrentibus tempe iudicii obuiā chri-
sto in aera. qd si no moriantur. hoc non est
scdm causas inferiores quib; habebant ne-
cessitatem moriendi. Nec est contra aposto-
lum dicentem. statutū est hominib; semel
mori deinde iudiciū. quia priuilegium su-
perioris hoc suspendit. Non secus est in p-
posito de Maria. a necessitate contraben-
di originale peccatum. preuenta et priuile-
giata. et excellentissime sic redempta qualis
ter redimi non egebat Jesus christus quia
per carnalem concubitu non formatus.
Dolores idcirco pertulit Maria. no om-
nino sponte sicut filius. sed nec penit inuo-
luntarie sicut nos in quibus motus vitio-
si preueniunt iudiciū rationis. quos ra-
tio preueniebat in Maria. Alioquin ves-
nialia saltem commisisset. Nihilomin; do-
lebat ppter spiritum passibile. et statim. cū
omni tamen moderatione et stute. et meri-
to continuo. **C**oplebat in sup illud aplicum
Gaudete in dño semp. itez dico gaudete.
Sciebat. qd dñs sibi prim; erat et fuerat.
supra ceteros viatores. qd notauit cū sub-
iūxit p causa exultationis sui spūs. In deo
salutari suo. qd respexit in qd builitate ancil-
le sue. Juxta pmissum p Esaiā. Sup que
respiciā. nisi sup paupculū et contritiū spū.
et tremētē smones meos. qd quis certa esset
no min; aplo. qd neq; mors neq; vita tē.
separet eā a caritate dei que erat in tpo Je-
su salutari suo. Et ideo continuo gaudebat
plus qd in sola spe. sed minus qd in reglorie
Ecce habes in hac dictione beatā. E. pro
spe. habes a pro leticia. Jam supra spem

additur tertium a .dum venit in gloriam.
 Duc pro canticis accedit incidens cōside-
 ratio nomis hui⁹ beatitudo .q. quinq; vo-
 cales/quiq; significantias affectuum in se
 claudit. **L**eterum quia dixisti .omē quod
 patimur .peccata meruisse .vex est propter
 originale peccatum .quod remouit probi-
 bens leuias passiones cum peccatis. **F**o-
 stra deniq; beata semper habuit gratiam
 gratum facientem .que originali superemi-
 net iusticie .qua primitus ornata fuit **E**ua
 sed perdidit. **D**iscipulus. **A**ccipisse pu-
 to sufficientem pro elicita prius cōclusiōe
 deductionem .de cantico **M**arie scōm om-
 nes affectiones sub omni facilitate forma-
 tas per organum cordis .vbi fulgebat men-
 tis verbum sententiosissima numerositate
 representans velut mirabiles ratiōes rerū
 instar patrie .licet adhuc in enigmate vie-

At vero putas ne credēdum .q. vocale
 canticum addiderit nōnūq; .hec beata.

Magister. **S**ane puto /maxime in ista
 pegrinatione laboriosissima comitib; **J**e-
 su puero z virginali spōso **J**oseph . vt ad-
 implet ad litteram illō **P**salmiste . **L**an-
 tabiles mihi erāt iustificatiōes tue .in loco
 pegrinationis mee. **C**ur p̄terea nō cecine-
 rit corpalem recreando laborem .nūc psal-
 mos patris sui **D**avid .nunc canticum pro-
 prium .nūc illud **Z**acharie .nūc **S**imeōis
 alludens sponso blandienti z dicenti . vox
 tua sonet in auribus meis . vox enim tua
 dulcis. **N**unquid existimas beatam n̄am
 in iocundissimo partu . z post partum .duz
 natus erat saluator mundi .concentibus
 angelis . **G**loria in excelsis dō .siluisse? **N**ū-
 quid non infanti posito in presepio z stē-
 ti .debut z consolatorium fescēnūz . dul-
 ci susurrō velut aure tenuis r̄sonat? **Q**uid
 vero de celebri ritu propriariū nuptiarū cō-
 iecturas . que nuptijs alienis interfuit bila-
 riter honorādis . z vino de aqua facto . gra-
 tuita pietate solandis . **Q**uid in templo nu-
 trita et de canticis syon edocta .debut que
 so silere. **D**iscipulus. **G**rata commemo-
 ras . que nō abhorret a pia credulitate . eti-
 am si addideris iustum **J**oseph cuz puero
 iesu nōnūq; vna cecinisse. **S**ed hec hacte-
 nus . q. seculi prudētib; in ocul' suis (qbus
 omne qd purat sublime videre) nuge vide-
 bunt aniles z indigne . qsi nō multo ampli-
 or fuerit hūiliatiōis . vel crucis misterii . vl'
 lotio pedū . imo general' ois actio nouissi-

mi viroz . q. fact' est p̄ter nos opprobriū
 boim z abiectō plebis . q. sint ista q. dicim⁹
 de **M**aria. **M**agister. **D**as materiā dis-
 solutiōis pus facte qōnis tue . cur erūpens
 in canticū nouuz dixerit brā. **M**agnificat
 aia mea dñi. **S**ane qd magnificētius eo
 cui⁹ magnificentia eleuata est super celos.
Quid in talē magnificaret h̄ est magnificū
 p̄dicaret. **Q**uidni toto nisu dilatarer . z extē-
 deret aie sinū ad ei⁹ amplexū. **Q**uidni p̄ter-
 rea . crebrius alnaret affect' suos . fm nos-
 tulas vocaliū . mō de leticia in cōpassionez
 sentiēs q. miseratiōes dei sunt sup oia opa
 eius **P**recipue nūc . qn̄ misericordia dñi ple-
 na fuit terra . qn̄ cōpleta est postulatō psal-
 miste. **E**t veniat sup me misericordia tua
 domie salutare tuū scōm eloquiū tuū . quā-
 do misericordia z veritas obuiau erūt sibi .
 quādo iusticia z pax osculate sunt . qn̄ deus
 dedit benignitatē . z terra nostra dedit fru-
 ctū suū . qn̄ timidus . dolēs z languidus ho-
 mo per sapientiam accusatus . per iusticiaz
 damnat' . z punitus per potētiāz . suscept⁹
 ad gratiā p̄ viscera misericordie dei nostri
 in quib; visitauit nos oriens ex alto . glori-
 ficatiōis etne sp̄e afferēs . qn̄ soluta mors d̄
 deperit . datur triūphus gratie **D**iscipulus
Lōjicio. **T**ales in enarrabiliter cōtempla-
 tiones . beatam nostram sub omni celerita-
 te in momēto . in icu oculi . in nouissima tu-
 ba contulisse . z in affectum suauissimi cor-
 dis traducendo cantasse. **J**uxta z supra p̄-
 mictionem notularuz vt sit in verbulis seu
 minutis discantū . **I**ntonās igitur voce
 serena / p̄sonuit post **E**lisabeth p̄conium .
 immo tonuit z exclamauit voce grandī ad
 aures seculorū oium . **M**agnificat anima
 mea dñz . **T**ale tuū carnē nob̄ dīna maria
 quale sopor fessis in gramine . quale p̄ estū
 dulcis aque saliente sitim restinguere riuo
Sed redit ad cor . cur non dixit **M**aria?
Magnificat anima mea dominum. **M**agister. **A**ltiori reperam⁹ principio . di-
 centes **M**arie linguam / fuisse calamū scri-
 be velociter scribentis . hoc est spiritus san-
 cti qui nedum velociter . sed multipliciter
 scribit . adeo q. non est votaynum positum
 sine causa . non est aper vnus / tam in signi-
 ficatione q. in ordine frustra locatus. **E**xq̄
 perpenditur q. lata z lauta sit mensa sapiē-
 tie sacre que tot epulas z fercula ministrat
 quot possunt a quocunq; . veri z salubres
 sensus elici . scōm quadruplici expositōis
 D m z

Tractatus Quartus

genus. **P**reuidens igitur spiritus sanctus seminarium quinquaginta vocalium non esse pretereundum a posteris. sed inde significatio nes alias modo quo nunc fecimus / et facturi sunt alij subtilius eliciendaque voluit primum cantici canticorum. **M**arie versiculorum terminari sub hoc nomine trisillabo dominum. tanquam neuma primum. o. i. v. **D**iscipulus. Virum vero cur canticum summe leticie finiuit in voce doloris et mesticie. qualem. v. quinta notularum designat. **M**agister triplex occurrit hic. et nunc mystica ratio. Prima quatenus ex prima vocali. a. et ultima. v. redderetur quasi diapente que est quinta perfecta. Altera quatinus fieret antitheton seu contrapositio gaudij ad merorem. Tertia pro laude humilitatis. que cantica vie solet in dolore terminare. quasi disceret. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena. Fit proinde grauior solidior et eminentior ipsa salubris leticia que tali fine stabilitur interrogatioue humane miserie. sed non absque misericordia quam Iuncum sibi notat. **D**iscipulus. Non dilataueris nunc hanc imaginatiorem. sed te confer magis ad causam litteralem. **M**agister. Ista quidem litteralis est quia secundum litteras. Sed ad intentionem tuam dico quod initium sapientie est timor domini. Si ego dominus ait ipse. ubi est timor meus. Timor (ut scias) ad antiquam legem spectabat. sicut ad nouam amor. Dominus preterea plus respicit opus creatiois et potencie. Unum ab omnibus magnificentissimus esse concedit dominus. Nomen vero quod est deus salutaris meus ad opus recreatiois et gratie. nemo christianus ambigit pertinere. Ideo cur debuerit sublequi vides. **D**iscipulus. Nisi prius ostendisses quemadmodum beata nostra particeps iuuencularum tympanistrarum / potuit alternare repetere proprias meditationes et affectus. non ita satisfaceret mihi rationes tue. quod talem neque consequeretur celeritate. **M**agister. Dat cam quod ait. Corpore quod corrumpit aggrauat animam. et deponit terrena habitatio. sensuum multa cogitatem. Hostre vero beate conuersatio iam erat in celis. iam quod dotes corporis glorificati inchoabat. ex abundantia virtutum. necnon domini spiritus super animam et corpus. ut esset inde corpus agile secundum omnes vires cognitiuas et motiuas subtile. Preterea clarum nec ita passibile ut nostrum quod preuenitur a primis motibus. sed tamen ista minus quam nunc

in patria. **D**iscipulus. Des aliquod indicium corporis. **M**arie spiritum non pregrauantis. **M**agister. Preueniebat spiritus suus. corporales intus motus. qui nati sunt obsequi rationi. Non grauabat eam puerperarum. nulla labe tyrannice rebellionis exformite / colaphizabat eam. denique nullas in se commotiones illecebre carnalis sensit. sed a respicientibus se sedauit. Credi similiter debet quod ab audientibus serenissimam vocem eius. Secus de aliarum vocibus que ad gebennam inflant. Ideo nec predicare permittuntur. nec cantare apud eas caret discrimine. plusquam sibilus colubri vel serpentis quarum sunt oculi ut aspectus regali. et tunc eius germina virtutum eradicatis et excutis. **D**iscipulus. Sentio quos et quas tangit illud secus et ista diuersitas a Maria. Sed verum caruerit tentationibus inimicis. **M**agister. Non oportet. quod satban si ausus est tentare filium dei. quomodo non tentasset matrem. quod ei cessit ad palmam victorie multiplicis et aureole. ut coronaretur que legitime certasset. quia non ut Eua succubuisset tentatori. Dolebat preterea cum dolentibus gaudens cum gaudentibus. sed virtus moderamine summo. ut plus de vulneribus et necibus animam per vitium quam corporis per pestem et gladium videret. exemplo filij plus dolentis ingratiudinem nostre nequicie. quam tormentum mortis proprie suo modo. Quare noli dubitare. quod canticum suum iocundissimum et a iocunditate inceptum. instituerit Maria cum timore sancto. cum zelo bono. cum viscerosa compassione. cum spe et multo desiderio. quod vixebat caritas. exclamare. post ascensionem filij sui. Filie hierusalem nunciate dilecto quod amore languet. **D**iscipulus. Vellem comparares beatitudinem Marie quam nunc fruis. ad beatitudinem vie. que licet fuisse sit probata singularis. in biominus patrie par non fuit. Cum enim pretulisset Iesus Johannem inter natos mulierum / subuulsi. Qui minor est in regno celorum maior est illo. Itaque rem mihi feceris. vestis que suis accommodam / que recolimus. **M**agister. Suscipe nunc oculis intelligentie. et aures erige fidei. quemadmodum magnificauit hodie Maria dominum. videns facie ad faciem christi qui sibi magna fecit et inscrutabilia. prius in terris nunc in celis. **D**iscipulus. Constituit ipsa sola / hierarchia

primo et summo. apud quem hierarcham
 humanitas filij sui sola sublimata sedet a
 dextris virtutis dei per unitatem suppositi
 ni. **M**agister. Suscepit ipsam dominus
 recordatus misericordie sue collocans ip
 sam super omnes choros angelorum. apud
 quos videtur beatus Johannes baptista
 primus post Mariam positus in ordine ser
 raphim loco luciferi simul et alij per qualitate
 meritorum usque ad infimum ordinem an
 gelorum. sub quo repositos dicunt salua
 tos et solo christi merito. deficiente pro
 prio que secundam hierarchiam constituunt. **M**a
 gnificata est ita hodie beata virgo. ut regi
 na celi. immo et mundi iure vocetur habens
 preeminentiam et virtutem influxu super
 omnes. Principatum habet dimidij regni
 dei. si sic dici potest sub typo Hester et Assue
 ri. Regnum quippe dei consistit in potesta
 te et misericordia. Semel locutus est deus
 duo becaudini. quia potestas dei est et tibi
 domine misericordia. Potestate domino
 remanente. cessit quodammodo. misericor
 die pars christi matri sponsae regnanti.
Hinc ab ecclesia tota. regina misericordie
 salutatur. **M**agnificat. hodie dominus
 quia magnificata pre omnibus diebus vi
 te sue. Plenum gratie complementum. hodie se
 cura recepit. Nulla dies ipsi festinior. nulla
 desiderabiliore iocunditate refulsit. Felicitas
 parit hodie gloriosa filium in corde. que via
 trix in corpore genuerat. imo iam non me
 minerit pressure. quia natus est homo in
 mundum alterum et in sinu patris collocatus. **Q**
 uantis hodie. o qualibus armonie mo
 dulis adauca celestis melodie cantilena re
 sultat. Nulla post christum vox suauior. nul
 la penetrabilior et acutior. nulla liquidior
 exaudis. Consonat ei pro tenore grauissimi
 me presso. grauissimum et infimum peccatorum
 lucifer cum simul ululantibus et stridentibus da
 natum rugitibus. Consonat inque. quia iusticie
 voces consentaneas molli modo eantui me
 lodizant. sed eis ve. ve. deo autem gloria et ma
 gnificencia in secula seculorum. **E**xultauit
 spiritus inhians puer in deo salutari suo. nunc
 impleto fundit biatum desiderij. requiescit
 in intimo sinu sponsi dilecti dei salutaris sui
 Prius antea deprecabatur. osculetur me oscu
 lo oris sui. Prius vbera sponsi siciebat. pri
 us trahi se post se postulabat. Hodie toto
 amplexu nunquam abrumpenda. toti sponsi

beata coniungitur. Inebriatur ab vbertate
 te vberum sponsi et torrente voluptatis. nula
 iam necessitate trabenda potatur. **T**ra
 bat nos pro se deprecamur. cuius nomen oleum
 effusum. ut curram. in odore unguentorum
 suorum. Currant in via quedam adolescentule
 scilicet virtutes et actiones portionis infe
 rioris. Ita per metaphoram nominaneri
 mus. Gaudent omnes. per virtutes esse fe
 cundas. secundet enim infecunditate meri
 tis eius vir noster dux virginum nostre.
 que est superior portio mentis nostre. **G**
 loriabat se introductam in cellaria regis. que
 si sub clauis custodita. cui modo omnia pa
 tent. secreta regis celestia. **S**illet nobis de
 pmpuarijs paradisi plenissimis refrige
 rans potu aduersum estum vitioz. Nulla iam
 sibi nigredo. vel fuscado. nulla per solis exu
 stionem decoloratio. nulla iam pugna filio
 rum matris sue contra se. nulla vincarum ha
 benda custodia. omnia quippe parata. om
 nia secura sunt et tranquilla. **T**u beata
 dilectum tuum optabunda petebas. **J**udica
 mihi quem diligit anima mea. vbi pasceas
 vbi cubas in meridie. ne vagari. id est va
 ne agi incipiam post greges sodalium tuorum
 Lernis nunc dilectum. nimia claritate sum
 et seruoze. per intimam et meridianam visionem
 ut nullus sit amplius euagandi timor. nul
 lum discrimen oberrandi post greges ficto
 rum pastorum. qui sponsi se simulabant a
 micos. sed fallebant. **N**on tam audies
 quasi sub ambiguitate sermionis. **S**i igno
 ras teo pulcherrima mulierum. que deum.
 que te que omnia cognoscis. pcul hinc pro
 cul egredi periculum post vestigia gregum
 nulli superunt hedi fedoz affectum pascen
 di. nulla pastoz tabernacula plura videbu
 tur. quonia tibi est vnum ouile et vnus pastor
 omni diuisionis suspitione reiecta. quoniam sciam
 deus ad ethera potestates aereas debella
 sti. nihil aduersum te malignantes spiritus
 posse sentientes. Admirari potius oportet
 bar demones et pauescere quasi quercientes
 inter se. Que est ista que ascendit per des
 tum. quasi auroza confurgens. que nobis
 est vmbra mortis et terribilis ut castroz aci
 es ordinata. **N**on est quidem incredibi
 le christum fuisse cuius currus erat decem
 milibus multiplici per angelos duccens se
 cum multam ex purgatorio captiuitatem.
 ob honorem noue coronationis ipsius. que
 Am 3

Tractatus Quartus

regina misericordie et domina gratie et mater misericordie. sub cuius imperio sunt omnia iura regnorum. ut in suo nomine relectur omne genu celestium terrestrium et inferorum. quibus aliter ad filium benedictum. qui tamen subditus dignatus est esse illi. **L**ausam meditor alteram cur Maria comparatur equitati dei in curribus pharaonis. **J**am non propter se. sed propter nos viatores quos a diabolico pharaonis defendit incursu. **C**onfugiamus ad eius opem. quoniam am submergit pharaonem istum regem super omnes filios superbie. et hoc cum curribus et equitibus amarissime penitentiae lacrimose. **Q**uotiens dispersis superbis mente cordis sui. deposuit potentes affectus de sede tyrannidis. et exaltauit humiles penitentes eos esurientes impletis bonis. quales inuitat dicens. **E**t a generationibus meis implemini **D**iscipulus. Quo pacto? **M**arie spiritus id quod est proprium dei confessus est. fecit in sequitur potentiam in brachio suo. dispersit superbos mente cordis sui. **M**agister. **L**um spiritus et sponsa spirituales sunt unum spiritus cur non eadem poterit esse vox ambozum. quibus uis dispariter hec impetrando. iste imperando fecit potentiam. **Q**uidni spiritus communicet sponse verba sua. que sibi tribuit verba sua. **F**atetur quod non potest operari creaturam. non inueniendum prime cause potentie. **Q**uare nec omnipotens nec creatrix unquam propria et primaria auctoritate dici potest. etiam ubi possit tanquam instrumentum ad effectum creationis assumi. nullo presupposito materiali principio. cooperante deo ad efficaciam suam velle. **D**iscipulus. **E**xpedis te faciliter et controuersia doctorum. **S**i habuerit omnium potentiam anima christi sicut omnium scientiam. et si creatio communicabilis sit creature. **S**ed quid sibi vult. hec additio in brachio suo **M**agister. **V**isitata est transumptio qua per brachium significatur vis operantia. sit in deo. sit in angelis. membris carentibus corporeis. **V**erum altior est perscrutatio. ut per brachium filius dei insinuetur. sicut per digitum spiritus sanctus. ut ibi si si in digito dei efficitur demonia. **O**pari quod per dicitur pater per filium. per quem omnia facta sunt et sine ipso factum est nihil. **D**iscipulus. **Q**uoniam si deus non esset trinus in personis re latine constitutus. sed esset unicum suppositum absolutum. secundum errorem iudeorum et phari-

losophorum. haberet potentiam creaturarum ad extra productiuam. **M**agister. **D**ici solet quod ad impossibile sequitur quodlibet. cur ergo deus propter immensitatem suam. et infinitam communicabilitatem de necessitate suat (ut ita dicam) in triplice substantiam personalem/relativam ad intra/alioquin non se perfecte communicaret. quia nimirum non communicaret se nisi velut ymbratice. vel ymbrantiter. et quasi pfectualiter in creaturis. per maiorem communicationem non posita / cuius vestigium reperitur de necessitate in quolibet opere diuino/ ubi recludit potentiam patris sapientia filii. amor spiritus sancti. **N**ihilominus magis ad intentionem querentis puto respondendum quod cum potentia dei/ put ad extra respicitur/ et operando se extendit. est eadem in quolibet personarum. et secundum istam operam trinitatis sunt omnino indiuisa. videlicet ex suppositione quibus impossibili sequi potest ex illationis consideratione quod dei potentie competeret. creaturarum productio sicut modo. in quibus rebus simul potentia. sapientia et bonitas creatoris. **D**iscipulus. **V**idelicet probabilis illatio. **S**ed cur dicitur virgo beata dispersit superbos mente cordis sui/ premissis. fecit potentiam in brachio suo. tanquam dispendere superbos/ esset omnipotentie dei proprium. **M**agister. **C**redo legerat apud Job dum dicitur. dispersit superbos in furore tuo. et respiciens omnem arrogantem humilia. **S**equitur ego confitebor quod saluare te possit dextera tua quasi significaret hoc esse proprium soli dei. **D**iscipulus. **C**ur Maria non contenta dicere dispersit superbos. addit mente cordis sui **M**agister. **S**unt qui referunt hanc additionem. non ad superbos. sed ad dispersit. ut mens cordis/ sit ipse deus dispersit. connotando morem humanum qui mente cogitat ex affectu cordis dum hostes perdere et eos deponendo a sede pestilentie/ humiles vult exaltare depressos. **D**at enim frequenter scriptura. cor deo. ut illuc. tactus dolore cordis intrinsecus. **E**t alibi de David. **I**nueniui rum secundum cor meum. **E**t filius dicitur de corde patris genitus. cum patri/ mens seu memoria secunda tribuitur/ ab exponentibus misterium sublimissime trinitatis. **S**unt alibi respondentes Mariam voluisse verberare mentem exprime superbiam et intrinsecus radicatum. dicendo istos non qualicumque modo nec leuiter superbos. sed mente cordis

sui. qualis est demonum superbia. qualis fuit hominū. diuinitatis honorem usurpare querentium. Aut certe supbi dicunt habere cor nedū dispsum sed mentem cordis dum mens ipsa quodammodo subleuata est a corde. nec eadem. uti fas est eis. ut in habentibus absorptum. vel ablatum iudicium. ppterca deterius q̄ bestie vel pecora pressi latent. **Lege si non taliter dispersos dat intelligere** Habuchodonosor. cui cor fere datum est. humano corde mutato Quo contra dum cor humilium bene contritus est aut puluerizati in mortariolo penitentie seu sub duplici mola. timoris et spei. redit sibi cor plus q̄ humanū. et fit vas in honorem capax dei seu gratia plenum. **Supbi sunt tanq̄ columba seducta. non habet cor. dicentes et sententia. et cor meū dereliquit me. et illud. Cor meum conturbatum est in me. dereliquit me virtus mea et lumē oculorum meorū et ipsum non est mecum.** Quo contra pollicet humilis christus / superbie victori **Dabo ei sedem meam in throno meo. sicut et ego sedi in throno patris mei** **Quid oro celsius. quid amplius exaltati** **Discipulus. Sento hanc materiam vberimam aperuisti ad loquendū de dispersione cordis. quam assiduis fluctuationibus ut in mari feruenti compellimur experiri. Sed hanc dispersionem israel iusticia quis cōgregabit. quis vniet. quis sedabit?** **Magister. Dedit hoc intelligi palā beata Maria. cautatrix nostra. nam superbiā mente cordis sui dispersit. si talis opulentia fit inanis et vacua. que sine pondere virtutis / raptatur per iania. nec gratia cor suum stabilitur / consequens ut humilitas innitens deo fixa sedeat. et ut iusticiam esuriens. iusticie fructibus sit satiata et repleta iam non ad instar arundinis vento quolibet vanitatis agitanda.** **Discipulus. Consequens est fateor.** **Magister. Talem deniq̄ suscepit. id est sursum ad se caput / tanq̄m puerum. qui vere israelita est. in quo dolus non est. dominus recordatur misericordie sue. Beatus ergo vir cui non imputauit dominus peccatum. nec est in spiritu eius dolus. humilem enim spiritum suscipiet gloria. Nec exemplum nobis longe querendum est. Ecce ancilla domini. cuius dominus humilitatem respexit. quam ideo beatam dicent omnes gene**

rationes. quia fecit mihi magna qui potēs est. cuius nomen sanctum. cuius misericordia in generatione et generationes timentibus eius / qui ut timerent et preuenit et dedit **Hodie sibi Mariam de seculo neq̄ eripuit. et extulit ad dexteram suam. Ita verisimilitudinem conspicimus psalmiste gloriationē quia inquit inflammatum est cor meum. Quo inflammatum si non igne quem misit filius suus in terram et voluit vehementer accendi. Et renes mei commutati sunt mirabili prozsus commutatione. ut absq̄ viri copula / funderet operatione spiritus sancti / prolem benedictam. Et ego ad nihilum redactus sum. scilicet propria reputatione et nesciui. Quare? Quia anima mea conturbauit me propter quadrigas aminadab. qui spontaneus interpretatur **Discipulus. Que sunt he quadrigae?** **Magister. Sunt vel nunciationes angelice. vel raptus anagogici. hoc est sursum ducti in diuinā caliginem. vel penne columbe de argenteitate. quib⁹ sepe assumptis diluculo habitauit in extremis maris ad atria glorie celestis. etiam dum viueret Beatus igitur Marie spiritus quem elegisti christe et assumpsisti. Sequitur ut iumentum factus sum apud te. Deus enim fessor est anime sancte scđm Augustinuz **Et ego semper tecum. quia deus singulariter fuit tecum. Tenuisti manum dexteram meam que spiritualibus adaptatur. et in voluntate tua deduxisti me. non temeritate elata precipitasti me. Quid tandem. Ecce consummatio et cum gloria suscepisti. id est sursum ad te sumpsisti. Scio iaz quid mihi sit in celo. Scio quid a te volui super terram. Hunc omnino defecit a se cor meum et caro mea. dum absorptus est omne quod mortale erat / in victoria. Deus cordis mei et pars mea deus in eternum. Propter qđ magnificat ania mea dominū. Et nos magnificemus deum cuius illustratione spiritus. intelligamus que supersunt de cantico dum interim pausabimus.******

Sequitur tractat⁹

Quintus per didragma seu dialogum. Quoniam fecit dominus Marie magna qui potēs est. Ubi prima ptitio est si Maria passibiliter mouebatur?

Dm 4

Prima Notula.

Maria an fuit passiva

Quia fecit mihi magna qui potens est. **D**iscipulus. Magna planez inscrutabilia que fecit Marie dominus. Lupinus nihilominus scrutari. si magnificans anima Marie dominum / passioniter mouebatur ad eum. Fuit enim absq; vlla dubitatione sapientissima atq; virtuosissima. Passiones vero non cadunt in sapientem scdm Stoicos. quoz in hoc doctrinam multi christiani presertim anagogici anchorite/secuti sunt. dicentes virtuosus si perfectus est/ad nihil passionabiliter affici. immo consequitur impassibilitatem. circa res corporeas. tam in concupiscibili q; in irascibili. z ad hunc finem suas dirigebat intentiones. Et hoc ipsuz collationes patrum. z Elmaci z Bernardus in scala triginta graduum manifestant. Sed in contrarium est textus euangelij. narrans ipaz doluisse. de quo dolore prophetauit Symeon. z tuam inquit ipsius animam pertransibit gladius. quod in passione filij se presente z dolente. scdm doctores effectus est. **M**agister. Amplissimos sinus habet questio tua que de passionibus est. super quibus habes opuscula specialiter edita. conformiter ad philosophos z catholicos doctores. Quid igitur vis molestus esse vel superfluis in querendo. **D**iscipulus. Doueor ad tollenduz scrupulos. immo laqueos magnos. qui proueniunt conscientis timorans/et lectura taliu doctrinarum. que tepidos z vitiosos nominant omnes monachos/nisi vicerint z eradicauerint funditus huiusmodi passiones aut saltem toto studio conentur ipsas euellere quod assequi plures reputant impossibile z frustra niti. cum audiunt apostolum conscium arcanorum dei/protestando gemere. Sento aliam legem in membris meis. in quibus scilicet est anima. repugnantem legi mentis mee. Et iterum. Caro concupiscit aduersus spiritum. z spiritus aduersus carnes. Consonat cum experientia vox comunis doctorum. q; primi motus non sunt in nostra potestate. dicite Augustino. Non est in potestate nostra. quibus visis tangamur. Est autem conquisitio specialis de pulcherrima z speciosissima mulie

rum Maria. si motus suos omnes habuerit in sua potestate z quousq;. Utrum vide licet non potuerit non dolere visa morte filij. Et ita de reliquis passionibus queretur per apprehensionem obiectoz vario rum sub conuenientis z disconuenientis ratione. Cum dixerit christus. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. qui tamen fuit incomparabiliter virtuosus. **M**agister. Altior est inquisitio tua q; est metur a pluribus. qui de passionibus z peccatis z motibus primis loquuntur assidue. post in initium perscrutationis accipi a pluribus. q; de passionibus loquuntur z motibus primis z peccatis. Nihilominus vna placet ad presens. quasi narratiua triplicis processus qui fit in hominibus. proportionabiliter ad triplices hierarchias angelorum. z fm tres gradus hominum. animaliu rationaliu z spiritaliu. Accipe primis puerulū vtentem solo sensu. z non ratione nec spiritu. Accipiamus alterum vtentem sensu et ratione. sed non spiritu vel mente. Accipiamus tertium vtentem sensu ratione z spiritu. **D**iscipulus. Sub primo z tertio gradu/vidimus z legimus homines existeret. sed de secundo non ita fit perspicuus. q; aliquis possit vti sensu z ratione sine spiritu. cum spiritus sit eadem res cum ratione. **M**agister. Nonne similiter in quolibz homine sensualis anima z ratio. sunt eadē prorsus anima scdm comuniozem ecclesie doctrinam z tamen reperitur in vno homine. vsus anime sensualis vt in pueris. in quibus nullus est vsus rationis. Ita nihil videtur incongruum. si dicatur q; aliquis vtatur ratione quz pro tunc non vtitur spiritu vel mente. quia diuersas habent facultes spiritus z ratio. Spiritus autem sola diuina z eterna. Ratio ad temporalia respicit z creata. **D**iscipulus. Nolo contentere de possibilitate rei. quia scio posse per intelligentiam sic accipi tanq; ista. sensus. ratio. z spiritus essent reali. immo locali distinctione diuisa Perge quoz tendimus ad euidentiam propositę questionis. **M**agister. Consideremus in puero tria per ordinem in potentis sensitiuis q; de solis vitalibus z vegetatiuis nihil ad pns plus q; d platis in q; nō solem ponere passioes nisi forte p rāssūptōez ad aiata. dicim⁹ ei prātū ridz. letāf segetes. horz hiemē tra. fugiūt

se contraria. desiderant se et uniantur simili
lia. **Discipulus.** Sequamur usum proprium
loquendo de passionibus quas dicimus
esse in sensu. **Unde** passio describitur quod
est apprehensio sensualis conuenientis vel
disconuenientis presentis vel absentis. **Magister.**
Supponam hic et nunc descriptionem hanc
passionis quasi causalem cum declaratione
vel supplementatione. et dicam quod in anima
sensitiva pueri qualis intelligi potest anima
Marie dum cecinit. Magnificat anima mea
dominum. inuenimus et apprehensionem et
motionem et executionem. et hec vel in potentia
vel in habitu vel in actu. Sed loquamur de actu
et exemplificemus in usu. **Puer** itaque dum mater
ostendit uerba apprehendit per visum et sensum
commune et fantasiam. Deinde si egerit sequitur
ad hanc apprehensionem motio quedam desiderii
necum naturalis scilicet sensualis et animalis.
et si non egerit cibo sequitur aliquando motio
fastidii cuiusdam. Tandem tertio si non fuerit
impedimentum consequitur executio mouendo
membra ad fugendum uerba. vel ab eis diuertendo.

Discipulus. Quotidie videmus hec tria. tam in pueris quam in animalibus brutis.
Sed quod istorum trium nominatur formaliter
et proprie passio. **Magister.** Certe medium
scilicet motio interior. consequens naturaliter
apprehensionem. **Discipulus.** Non est igitur
passio formaliter apprehensio. **Magister.** Hoc
uero uerum est sed causaliter. quia passio
formalis causatur ab apprehensione. sicut et
passio risus exterior ponitur pro effectu
passionis. dicendo puer ridet. Ita sumitur
aliquando nomen passionum a causa formali.
vel etiam exemplari extrinseca vel a materiali
sive obiecta. vel a signo. Nihilominus
passionis descriptio formalis est per motionem
consequentem ex apprehensione conuenientis
vel disconuenientis presentis vel absentis.
Quod ab sensu apprehenditur tanquam presentis.
si non re. tamen intentione vel specie. Sed
utrum apprehensio conuenientis cum conueniente.
sit ipsa motio licet sub alia ratione. re-
ducitur ad primum de quo nil ad presentem.
Sufficit hic supponere quod passio dicitur
motio talis quam fecit apprehendens obiectum
suum sub ratione conuenientis vel disconuenientis.
executio sequens in opere dicitur effectus eius.
Et quibus parerem

festum intellectus preinductorum uerborum
Augustini dicens quod non est in potestate
nostra quibus uisus tangamur. Accipitur
itaque uisio pro apprehensione et tactus pro
ista consequenti motione. de qua dicitur doctor
etores quod primi motus non sunt in potestate
nostra. **Discipulus.** Nulla dubitatio fit quin
ad pueros. vel alios homines impotentes
uti ratione. uera sit ista regula quod primi
motus non sunt in potestate nostra plusquam
in bestis. quod sit ualde difficile in hominibus
reddere causam cum habeant rationem iunctam
eis. quid sit illud quod ipse dicit uisus
et tactus. **Magister.** Ultra preterea que
querenda sunt alibi. quatenus ad rez / sub
compedio ueniam. quam rem nemo tam
plane concipiat qui non sicut in geometricis
priora cognouerit. Sed que tradita sunt
alibi sufficienter. quid ea necesse est assidue
repetere. **Discipulus.** Presupponam illa.
sicut de origine. numero et diuisione passionis.
de causis insuper et effectibus earum. tunc
uero non obmiseris puenire quo tendimus.
